

05

A

1667





Q. D. B. V.

22

De

GLORIOSO ANI- MARUM COELO,

Contra NEOTERICOS potissimum,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Summe Reverendi atq; Magnifici,

DN. CASP. LOESCHERI,

Doctoris & Professoris Theologi undiqve ce-
leberrimi, Consistorii Ecclesiastici Assessoris gravissimi, Ecclesiæ
Wittenbergensis Pastoris, & Circuli Electoralis Saxonici Superinten-
dentis Generalis Vigilantissimi,

DNI. PATRONI, PRÆCEPTORIS

AC PROMOTORIS SUI,

Omni observantia ad cineres usque sanctissime colendi,

disputabit publice

AUCTOR

JO. HENRICUS Nothwanger /

Gedanens.

ANNO Ære vulg. M DC XCII. d. XX. Octobr.

H. L. Q. C.



LITERIS VIDUÆ MATTHÆI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.

Ex Biblioth.
Universitatis
Wittenbergensis

1900. 2282

1692

55



05 A 1667



I. N. J.

§. I.



DE Cœlo DEI & πῖς Beatorum, diu multum-
que hæctenus disputata vexatissimaque
qvæstio est, qvæ clarissima non parum ex-
ercuit ingenia, & in nefandum sententia-
rum divortium distraxit animos. Cum
enim *optima ac subtilissima quæque rerum* (di-
cente Magno Scaligero) *aut fugiunt, aut*
fallunt sensum; factum omnino est, ut quic-
quid de Cœlo Beatorum in sacris Literis
legitur, vel negatum plane a quibusdam,
vel sinistre & diversimode explicatum fuerit ab aliis. Etenim
non tantum *Libertini* (a) Ecclesiam aliquam triumphantem in Cœ-
lis esse audacter pernegarunt; Sed & *Athei* quoque & *Empedæ*
omne quod de glorioso Beatorum habitaculo, gaudiisque æternis
proponi solet, risu plus quam Sardonio excipientes, cum *Polybio*
(b) pium Theologorum Stratagema esse, ad animos hominum
in officio continendos excogitatum, existimant. Non dicam
de vetustioribus, qui & vulgo notissimi, & fusius adducti sunt ab
aliis (c): Unus nunc in scenam prodeat Apostata *Gabriel a Costa*,
in Circumcisione *Uriel* dictus, Naturalista & Atheus, & *αυτόχειρ*
oppido insignis, cujus exemplar Vitæ humanæ Clarissimus Re-
monstrantium Theologus, *Philippus a Limborch* (d) haud ita pri-
dem edidit. Qui postquam varia in DEUM, cultumque ejus blas-
phemia evomuerat, expresse subjicit: *Premia Vitæ æternæ, & pœnas*
infernales inventum humanum esse, excogitatum, ut melius homines co-

A 2

erceri

(a) apud Stannar. Fasc. Disp. p. 82. (b) Histor. L. VI. c. 54. (c) V. Mer-
sennus in *Genesis*, Voëtius de *Atheismo* T. I. Disp. Select. p. 117. seqq. Spi-
zelius & Reiserus de *Atheismo*. Addatur Gerhardus *Loc. de vita æterna*
§. 29. Scherzer. *System. Loc. XXIII. p. 621.* & Micrælius in *Syntagm. Hist. Ec-*
cles. p. 863. f. (d) in *Calce tract. de Verit. Relig. Christ.* Gouda 1687. edit.

erceri queant. Dignus propterea visus, ut modo laudatus Remonstrantium Doct̄or contra illum calamum stringeret, strictimque eum confutaret. Quamquam ipsum hunc Limborchium in sua de Veritate Religionis Christianæ collatione cum erudito Judæo, (cui annexam voluit Refutationem hanc) Veritatem cœlestem non uno modo labefactatam, Atheorum ludibrio exposuisse, Cordatioribus observatum sit (e).

§. II. Alii cum aperte cum crassioribus illis Epicuri de grege porcis Cœlum Beatorum negare ausi non sint,

--- *Incedunt per ignes*

Suppositos cineri doloso, (f)

illudque indirecte & per cuniculos quasi funditus evertere modis omnibus allaborant. Animas enim humanas cum corporibus mori, atque dissolvi statuunt, in fine demum Seculi iterum resuscitandas. Cujus Sententiæ Patronos ex vetustioribus, *Hæreticos in Arabia exortos*, a Damasceno *Ἰντροψυχίτας* dictos, *Anabaptistas*, *Johannem XXII. Pontificem R.*, *Michaëlem de Montagnes*, & *Charonneum Sorbonistam* allegat *B. J. Meisnerus* (g), *Bebelius*, (h) *Qvenstedius*, (i) & *Maresius* (k). Quibus merito annumeratur, quod ex Doctrina quorundam *Rabbinorum* de triplici excisione, una corporis, altera animæ, tertia utriusque *Seldenus* annotavit (l). Quid *Sociniani* ea de re sentiant, vix habeo, quod affirmem, tam obscure enim & perplexe loquuntur, ut quid sibi velint, cribro divinandum sit: Interim dum Spiritum hominis *nec vivere, nec proprie loquendo immortalẽ esse* (m), Sanctosque *nullo modo existere, sed nihil esse* (n), docent; præterea si animas etiam post mortem superesse aliquando dicant, propter rationem temporis id fieri

(e) *Conf. Acta Erudit. Lips. Anno M DC LXXXVIII. Mens. April. p. 212. & Jac. Goussiet Monitum de Philippi a Limborch cum Judæo collatione, subjunct. Tern. Contr. adv. Jud. Dordr. 1688. edit. (f) Horat. L. II. Od. 1. (g) Disp. 1. de statu anim. separ. §. 5. (h) de Bis-Mortuis §. 44. (i) System. Tom. Ult. p. 550. seq. (k) Contra Tirin. Tom. 2. p. 918. (l) de J. N. & G. juxta Discipl. Ebr. L. VII. c. 9. p. 872. (m) Volckel. L. III. de V. R. c. XI. p. 71. Wolzogen ad Matth. X, 28. T. I. Oper. p. 275. (n) Smalz. in Exam. C. Error. ad Error. LXXXI. p. 33. Schlichting. ad 1. Cor. XV, 18. T. 2. oper. p. 80.*

feri, ingenue fatentur: *Caute hac de re agendum est, inquit, quemadmodum & ipse Christus, & Apostoli sese ad captum Populi accommodarunt, ut Parabola de Lazaro & Divite docet; non erat tunc tempus conturbandi Judæos, ut & nunc non est. Sic & interdum possunt quædam dici, quæ hanc Sententiam hominibus indicent, donec tandem maturescat ætas, & homines hisce loquendi modis advescant.* (o) Satis eo ipso innuunt, quod

--- astuto gestent sub pectore vulpem

Videatur interim Gerhardus (p) Scherzerus, (q) & Hoornbeckius (r). Nihil his meliores sunt Arminiani, qui, ut pleraque eorum Dogmata jam dudum amplexi sunt, & sua quodammodo fecerunt (s); ita hunc quoque errorem non tantum extenuare, sed etiam excusare & incrustare conati sunt, ut genuinos ipsorum Discipulos & ὑπερασπισαὶς hac in parte facile cognoscas. Sane Henricus Slatius (t) ait: *An animæ etiam superstites maneant, nescitur, saltem non est comprehensibile.* Et Johannes Geysteranus in Synodo Dordracena (u) rogatus: *An anima post mortem hominis maneat essentia immortalis?* Resp. *Animas esse in manu Judicis, sed qua ratione, an ut vivæ, vel ut mortuæ, mortales an immortales, se istud nescire.* Nollem tamen eandem promiscue Sententiam omnibus tribuere, ne de injuria sibi illata conqverendi causam habeant, imprimis cum Philippus a Limborch animas post mortem superstites manere expresse asserat & probet (x), ut ut easdem plene in Cælo triumphare, inficietur. De qua Sententia paulo inferius dicendi locus erit.

§. III. Quicquid vero de illis sit, nostra sane ætate Thomas Hobbes, Malmesburiensis Philosophus, animam hominis corpoream esse opinatus, cum corpore etiam eandem interire, & cum eodem iterum resuscitandam esse, expresse docuit. Nam nihil esse, inquit, propter quod animæ justorum in Cælum irent ante corpora (y). Et alibi eos repræhendit, qui animas humanas a corporibus

A 3

distin-

(o) In Actis MSC. Colloquii Racoviensis anno 1607. habiti apud Scherz. & Hoornb. ll. citand. (p) L. de Morte §. 149. (q) Colleg. Anti-Socin. p. 1198. seq. (r) Socin. Confut. T. ult. L. V. c. 11. p. 503. seqq. (s) V. Peltii Harmoniam Remonstrantium & Socinianor. (t) Declarat. apert. p. 53. (u) Sess. 138. (x) Theol. Christ. L. V. c. X. p. 764. (y) Leviath. c. 38. p. 210. 211.

distinctas, easdemque vi naturæ suæ subsistere homine mortuo crediderunt, verba ejushæc sunt: *Ante tempus, in quo versatus est in terris Servator noster, maxima pars hominum, ad quos pervenerat doctrina demoniorum, s. Demonologia græca, in ea opinione erant, Animas humanas substantias a corporibus distinctas esse & separabiles, & per consequens, mortuo homine, s. bono, s. malo, animam ejus per virtutem naturæ propriæ (sine recognitione ulla doctrinæ gratiæ) debere subsistere alicubi.* Unde paulo post, *Immortalitatem nullam esse posse ante Resurrectionem,* ait. (z) Et alibi *vitam æternam hominibus non incipere nisi a Resurrectione* scribit. (a) Ad dictum vero Christi Luc. XX, 27. seq. respondet, *Servatorem nostrum adstruxisse quidem Immortalitatem Patriarcharum, at non per proprietatem aliquam humanæ essentiæ consequentem, sed per voluntatem DEI, qui ex mera gratiæ Electos donavit vita æterna.* (b) *Quam sententiam ex merito castigarunt Job. Templerus (c), & Gisbertus Cocquius (d).* Nec plane ab illa alienus fuit famosissimus PræAdamitarum Conditor *Isaac Peyrerius,* qui ut alias ad Atheismum proclivior fuit (e), ita animas quoque mortales statuere nullus erubuit (f).

§. IV. Ex quibus nunc facile colligitur, ab his hominibus si non omne Beatorum habitaculum everti, sanctissimis tamen Manibus id omnino denegari. Mirari vero subit, qui factum, ut superciliosi hi & male feriatii homines, qui Prudentes se ipsos appellant, omnem plane cum sanctiori Religione, (quæ *Spiritum redire ad DEUM, qui dedit illum Eccl. XII, 7, animasque Sanctorum in fasciculo vitæ colligatas* 1. Sam. XXV, 29. *DEO vivere* Matth. XXII, 32. Luc. XX, 38. docet (g)) sanam rationem ejurantes, ipsis cæca caligine

(z) l. c. c. 44. p. 294. seqq. & p. 301. (a) append. c. 1. p. 336.
 (b) *Leviath. c. 38. p. 211.* (c) *Id. Theol. Lev. Dogm. XXIV. p. 152. seq.*
 (d) *Anat. Hobbesian. p. 620. seq.* (e) *V. Epist. Revoc. p. 28.* (f) *V. Systema p. 25. & Micrælius in Refut. Fab. Præ-Ad. p. 21.* (g) *Conf. de Immortal. animarum ex Veteribus Georg. Nyssenus de anima & resurrectione, Augustinus Libro de Immortalit. animæ, Zacharias Mitylinensis sive Æneas Gazæus, & Claudianus Ecdicius Mamertus Viennensis Libris tribus de statu animæ, quos eruditis notis auctos edidit Casp. Barthius. Ex recentioribus Georg. Calixtus, Anton. Sirmondus, Kenelmus Dygbi, Henr. Morus pecull. Libris & c.*

ligine involutis Gentilibus pejores se præbuerint: cum ex his, si non omnes, de quibus videatur *Tobias Pfannerus* (h); plerique tamen suavissimo Consensu, non supplicia minus ac præmia, post impletam mortalitatem homini superesse, constanter crediderunt. Vide quæ ex *Platonis* imprimis, *Plutarchi*, *Jamblichii*, *Marci Tullii*, *Pythagora*, aliorumque *Philosophorum* æque ac *Poëtarum* Sententia, fuse hac de re & erudite differit *Augustinus Steuchus Eugubinus* (i), & ex eo *Philippus Mornayus* (k) *Hugo Grotius* (l) *Johannes Marschamus* (m), & *Tobias Pfannerus* (n). Plane ut appareat, mirum hac in re inter Græcos Romanosque fuisse consensum: neque id aliter fieri poterat, Romani enim Græcos, Græci vero Ægyptios sunt imitati. Habeo ejus rei testem *Diodorum Siculum* (o) ita scribentem: *Multi prisca Ægyptiorum mores non tantum ab indigenis probati fuere; sed in magnam quoque apud Græcos admirationem venerunt, ob quod inter doctos celebratissimi quique peregrinationibus in Ægyptum operam dedere, ut Legum illic ac studiorum, tanquam rerum magni momenti, cognitionem assequerentur. Et quanquam regio antiquitus aditum hospitibus negaret, proficisci tamen illuc ex antiquissimis Orpheus & Homerus Poeta: e posterioribus cum alii complures, tum Pythagoras Samius, itemque Solon Legum Conditor, non dubitarunt. Idem de Orpheo in specie testatur: Orpheus in Ægyptum profectus multa ibi didicit, ita ut tam initiationibus & Theologia, quam Poësi & Melodia esset Græcorum præstantissimus. (p) Et alibi: Dicunt Orpheum dum impiorum poenas apud inferos, & Piorum Præta, & pervulgatas Spectrorum fictiones introduxit, funebres Ægyptiorum ritus imitatum fuisse (q). Qui ritus sepulchrales, quales fuerint, ex eodem Diodoro (r) discere possumus: Quum corpus sepeliendum est, inquit, consanguinei judicibus, cognatis & amicis defuncti diem funeris indicunt, & nominatim prædicant, illum transiturum esse Lacum. Tunc iudices plures quam XL. in hemicyclo quodam juxta Lacum parato consistunt; & cymba prius instructa attrahitur, quam proreta gubernat, quem Ægyptii sua lingua Charontem vocant. Navigio in lacum deducto, priusquam mortui loculus in eum deponatur,*

cuili-
 (h) *System. Theol. Gentil. p. 460. seq.* (i) *de Peren. Philos. L. X. c. 27. 28.* (k) *de V. R. C. c. XIX. p. 306. seq.* (l) *de V. R. C.* (m) *Can. Chron. Secul. XI. p. 275. seq. Edit. Lips.* (n) *l. c. p. 463. seqq.* (o) *Biblioth. Histor. L. 1. c. 69. p. 60.* (p) *L. IV. p. 162. a.* (q) *L. 1. p. 61.* (r) *L. 1. p. 58.*

cuilibet permissum est accusationem suscipere. Si quis probaverit eum male vixisse, iudices Sententiam ferunt; & cadaver ab usitata sepultura arcetur. Calumniosus autem accusator magna poena obnoxius est. Quando accusator aut nullus est, aut falsus, cognati deposito luctu mortuum laudant: de Genere, ut solent Graecini, memorant, quia censent, omnes in Aegypto aequae nobiles esse; Sed pueritiae institutionem, virilis aetatis pietatem, & iustitiam, itemque continentiam, aliasque ejus virtutes recensent; καὶ παρακαλοῦσι τὰς κάτω θεὰς σύνοικον δεξασθαι τοῖς εὐσεβέσι. ac Deos infernos rogant, ut in piorum contubernium recipiatur. Multitudo applaudit, & defuncti laudes simul praedicat, ὡς τὸν αἰῶνα διατρέξεν μέλλοντι καὶ ἄδῃ μετὰ τῶν εὐσεβῶν, ut qui avum sempiternum transacturus sit cum piis in Inferis. Paria fere habet Porphyrius (s), cujus verba etsi paulo prolixiora non ingrata erunt, quin huc adscribantur: Quum condiunt, inquit, nobiles defunctos, alvum privatim eximunt, & in arca reponunt: deinde inter alia, quae in mortui gratiam faciunt, arcam ad Solem attolentes, eum invocant uno ex Libitinariis ejusmodi orationem habente pro defuncto, quam Euphantus ex lingua Aegyptiaca transtulit: Domine Sol, Diique omnes, qui vitam hominibus largimini, me accipite, & Diis αἰδίοις σύνοικον aeternis contubernalem tradite. Ἐγὼ γὰρ τὰς θεὰς, ἃς οἱ γονεῖς μοὶ παρέδειξαν, εὐσεβῶν διετέλεον ὑσὸν χρόνον ἐν τῷ ἐκείνῳ αἰῶνι τὸν βίον εἶχον, Ego enim Deos, quos mihi Parentes monstrarunt, pie colui, quam diu in hoc seculo vixi.

Τὰς τε τὸ σῶμα μὲ γεννήσαντας ἐτίμων αἰεὶ

Et illos qui corpus meum genuerunt, semper honoravi.

Τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων ἕτε (τινὰ) ἀπέκτεινα.

Neque aliorum hominum occidi quenvram;

Οὔτε παρακαταθήκην ἀπεσέρησα.

Neque eos depositos fraudavi;

Οὔτε ἄλλο ἕδῃ ἀνήκεσον διεπραξάμην.

Nec aliud quippiam inexpiabile malum admisi.

Si vero dum viverem peccavi, vel edendo, vel bibendo aliquid, quod fas non erat, non per me peccavi, sed per ista; (ostendens arcam in qua erat venter.) Atque haec locutus in fluvium eam conjicit, reliquum autem corpus tanquam purum condit.

§. V. Tam

(s) *De Abstinen. Libr. IV. §. 10.*

§. V. Tam altas sanctior illa de beata post mortem Vita opinio in animis Gentilium radices egit, ut nulla superstitione obliterari, nullaque vi etiam in subsequentibus temporibus eradicari potuerit. Equidem Gentiles solo Luminis Naturalis ductu id cognovisse, non facile dixerim: cum hoc præcipue Christianos a Gentili errore discernat, quod hi hanc tantummodo Vitam credant, nos etiam futuram, dicente Augustino (t). Conferantur quæ de Vita æterna e natura non demonstrabili differit B. Gerhardus (u), & Hülsemannus, (x). Neque assentiri possum Nobilissimo Johanni Marsbamo, Anglo, Equiti Aurato, qui uti cum Johanne Spencero Theologo itidem Anglo (y) Hebræorum ritus, sacrasque ceremonias, quas a Deo non sine typica Christi adumbratione institutas esse, universus credit Christianismus, ex profanis Ægyptiorum moribus, seculique usu derivavit; ita hanc quoque de Immortalitate animarum, & æterna vita, Doctrinam, ab Ægyptiis primum inventam, & ab his ad Israelitas translata esse, docuit. Ita enim in eruditissimo suo Canone Chronico Ægyptiaco, Ebraico, Græco, inquit, (z): *Nobilissimum eorum (Ægyptiorum) inventum fuit immortalitas animæ; ita ut de vita spem aliquam haberent, etiam post hujus Vita interitum.* Πρῶτοι τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοι εἰσι εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπων ψυχὴ ἀθάνατος ἐστὶ. Ægyptii primi fuerunt, qui dicerent, Animam hominis esse immortalem. (a) Cum vero ratiocinatione sua nihil magis de anima hominis, quam de Bestia, assecuti fuerint; existimabant Animas de hominibus in Bestias; de Bestiis in homines transire. Τῶ σῶματι καταφθίνοντι ἐς ἄλλο ζῶον αἰεὶ γινόμενον ἐσθύνει. Corpore defuncto in aliud corpus genitum migrare animam. (b) Ebraeorum autem Veterum Sapiencia in sui Jurisprudencia posita erat. De statu post mortem illi minus erant solliciti. Ea de re V. Cl. Hugonis Grotii (c) verbis uti liceat: *Moses in religionis Judaicæ institutione, si diserta Legis pacta respicimus, nihil promisit supra hujus Vita bona, terram uberem, penum copiosum, victoriam de hostibus, longam & valentem Senectutem, posteros*

B

cum

(t) Serm. XLIX. de Verb. Apost. (u) Loc. de Vita æterna. §. 33. (x) Brev. c. XVI. th. 1. 2. & Oper. Posthum. p. 1213. (y) in Dissert. de Urim & Thummim c. IV. Sect. 7. & ex professo L. III. de Legibus Ebraeorum ritualibus. (z) Secul. IX, p. 225. seq. (a) Herod. L. 2. c. 123. p. 137. (b) Herodot. ibid. (c) de Verit. Rel. Chr. L. 2. §. 9.

cum bona spe superstites. Nam si quid est ultra, id umbris obtegatur, aut sapienti ac difficili ratiocinatione colligendum est: quæ causa fuit, cur multi, qui Mosis Legem sequi se profiterentur, ut Sadducai, spem omnem de bonis post hanc vitam adipiscendis projicerent. Hactenus Marshamus, qui undique Testimonia corradit, ut suam hanc stabilire possit Sententiam, quam alibi sæpius repetit & inculcat (d). Et ne forma desit speciosa, Doctrinam hanc Hebræorum, plane cum Græcorum Sententia, quam ab Egyptiis acceperunt, convenire contendit. Cum enim Academicorum Sententiam de anima separata, præmiisque & pœnis post hanc vitam recensuisset, subjungit (†): *Apud Judæos demum Pharisei huic Academicorum Philosophiæ nova imposuerunt vocabula, ὁμοδοξοῦντες πᾶσι τῶν Ἑλλήνων* (e), Communi Græcorum opinioni consentientes. Sane Essenorum Sententia de bonis animabus a corpore solutis, ipsis Homeri verbis a Josepho profertur. Judæi etiam Animarum μετενσωμάτωσιν credidisse videntur: cum Jesum Christum alii Johannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Jeremiam aut unum ex Prophetis fuisse putaverint. Matth. 16, 14. Nec Thomam Hobbesium plane alienum fuisse ab illa Sententia, ea edocere poterunt, quæ modo ex illo recensui.

§. VI. Maxime vero periculosam, & ad Atheismum induktivam hanc esse Sententiam, nemo est, qui non intelligat. Itaque Immortalitas animæ & vita æterna inventis humanis annumeratur, & unicum vivificæ Consolationis fundamentum in vana Gentilis superstitionis commenta resolvitur? Quis vero credat Marshamo, id quod lumine naturali cognosci non potest, Egyptiis innotuisse; è contra Sanctissimos Patriarchas, à DEO ore tenus informatos, nihil hac de re cognovisse? At qui primi nostri Parentes Doctrinam hanc jam in Paradiso a DEO acceperant, quod non obscure ex eo colligitur, quando Moses animam eorum DEI imaginem, vel potius ad DEI imaginem factam esse, hominique seæus, ac cæteris animantibus Divinitus insufflatam perhibet Gen. I, 27. c. II, 7. Minus vero de hoc Adamum, quam Mosen, cui DEUS revelaverat, scivisse, nemo facile dixerit, qui Adamum operum divinorum testem, præconem atque laudatorem constitutum à benignissimo Creatore fuisse, serio cogitat. Agnovit hujus argu-

(d) l. c. p. 47. & p. 269. (†) l. c. p. 287. (e) Joseph. de Bello Jud. l. 2. c. 7.

menti vim Eusebius, graviter in hunc modum scribens (f): *Moses quidem immortalem esse in homine animi substantiam primus tum statuit, quum eam DEI imaginem esse docuit. Suoque calculo approbavit, ipse Plato, & post illum Porphyrius apud eundem Eusebium (g): Ad immortalitatem animi defendendam promptum id, firmumque argumentum Platoni visum, quod ex rei similis ratione duceretur. Nam si **Natura Divina**, quæ & immortalis est, nec videri, aut dissipari, solviqve potest, sed in ipsa integritate sitam habet, & consistentem essentiam, affinis est animus; quidni ejus quoque generis ille sit, quod suum illud exemplar imitetur?* Deinde quod beatam post mortem animarum vitam attinet, & hujus habuisse notitiam primos Parentes vel ex solo interdicto divino constat: *quo die comederis de fructu arboris Scientiæ boni & mali, morte morieris Genes. II, 17. Jam si æterna morte mori debebant comedentes, necessario sequitur, fore ut æternum vivant obedientes. Quam æternam vitam per lapsum cum amiserint Protoplasti, Messias illis promittitur, qui ab æterna morte illos liberare, & amissam vitam æternam iterum recuperare deberet Genes. III, 15. Conf. 1. Joh. III, 8. Ebr. II, 14. 15. Promissionem vero hanc Patriarchas vera fide semper sibi applicasse, posterisque suis tradidisse, neme facile, nisi tenebras veritati, pertinacissimo errore affundere velit, inficias ire poterit.*

§. VII. Neque amplius de eo nos dubitare sinit *septimus post Adamum homo, Henochus, qui non tantum de Judicio divino vaticinatus est Epist. Jud. v. 14. 15. Sed etiam vivus translatus fuit, ne videret mortem, nec fuit inventus, propterea quod transtulerat eum, DEUS, Genes. V, 24. Ebr. XI, 5. Fuit autem Enochus exemplum propositus omnibus per fidem cum DEO ambulaturis, quos ad meliorem vitam DEUS translaturus erat. Hinc per fidem commoratus est Abraham in terra promissa, ut aliena; commoratus est in tabernaculis cum Isaac & Jacob, coheredibus ejusdem promissionis. Expectabat enim urbem habentem fundamenta, cujus artifex & conditor est DEUS, teste Paulo Ebr. XI, 9. 10. Quid quod idem Apostolus de omnibus Patriarchis affirmet: Secundum fidem mortui sunt isti omnes, non adepti promissa, sed eminus ea conspicati, postquam credidissent, & amplexi essent, ac*

B 2

pro-

(f) *Prepar. Evang. L. XI. c. 27. (g) l. c. c. XXVIII. Confer. Augustin. Steuchus Eugubinus l. c. Lib. IX. c. 14*

professi fuissent, se hospites & advenas esse in terra. Nam qui hæc dicunt, palam ostendant, se patriam querere. Quod si illius memores fuissent, ex qua exierant, habuissent tempus ad revertendum: Nunc autem meliorem expetunt, hoc est cœlestem: quapropter non erubescit ipse DEUS, vocari DEUS eorum, paraverat enim eis urbem. v. 13. seq. Quo & illud imprimis spectat, quod DEUS dicitur DEUS Abraham, Isaac & Jacob Exod. III, 6. ex quo Christus collegit, eos in æterna Vita vivere, Matth. XXII, 32. Marc. XII, 26. Luc. XX, 37. Hinc Jacobus quoque moribundus spe propinque Salutis sese erexit, ingemiscens: *Salutem tuam expectavi ô Jehova* Genes. XLIX, 18. Vana autem omnis fuisset spes, omnis expectatio, si de æterna Salute per Christum in Novo Testamento paranda nihil ipsi constitisset. Ut de fide Jobi c. XIX, 25. quem Idumæum fuisse, & ex Esavi familia satum, Eruditi contendunt (h), nunc nihil dicam.

§. VIII. Ex quibus nunc facile colligitur, Doctrinam hanc a DEO ipso traditam multo vetustiore esse, quam ut ab Ægyptiis demum arcessenda illa sit, falsaque niti hypothese Sententiam Marshami, quasi Hebræi Veteres de statu post mortem minus solliciti fuerint, nullumque de Vita æterna in V. T. promissum habuerint. Contrarium contra Socinianos, Arminianos aliosque Novatores dudum demonstratum est a Nostratibus (i.) *Sadduceos* vero quod attinet, qui spem omnem de bonis post hanc vitam adipiscendis projecerunt, (quod ex Grotio urget Marshamus) & *Scripturas ignorasse, & virtutem Dei, Dominus testatur*, Matth. XXII, 29. Idemque a cæteris Hebræis pro Hæreticis & Atheis habiti fuerint, quibus pars in futuro seculo abjudicata sit (k). Tantum igitur abest, ut existiment Hebræi, dogma istud a Mose non esse traditum; ut pro articulo fundamentali habeant, non solum Resurrectionem mortuorum, sed eam esse in Lege. Sic enim Salomo Jarchius apud Abravanelem de capite fidei (l): *Etiam si quis credat, propter traditionem aut rationem, futuram esse Resurrectionem, sed dicat, non exstare in Lege, tamen est Apostata, nec habet partem in futuro seculo.* Quid enim nobis cum fide ejus, si non confiteatur, eam

(h) V. B. Walth. Officin. Bibl. p. 970. (i) V. quos citat. B. Qvensted. System. part. IV. p. 275. (k) V. Menass. Ben Israel de Resurr. Mort. L. 1. c. X. (l) cap. XXI. p. 105. ex transl. Vorstii.

in lege exstare? Atque hæc Infantibus a primis statim ungviculis inculcari auctor est Origenes (m): *Jam illud, quæ fuit, in crepundis, & simul ac primum verba formarent, discere immortalitatem animæ infernaque tribunalia, eorumque, qui bene vixerunt præmia? & hæc quidem pueris, & puerilia sapientibus, pro eorum captu tradebantur sub fabularum involucris; post vero proficientibus, ratio fabularum (ut ita dicam) explicabatur, & retegebatur veritas.*

§. IX. Ut adeo Doctrinam hanc Judæos non ab Ægyptiis, sed hos potius ab illis, æque ac cæteras Gentes ab Ægyptiis mercatos esse, affirmare nullus dubitem. Nobilissimum hoc est argumentum, quod contra Marshamum egregie & erudite deduxit Clarissimus Hermannus Witfius. (n) Quem tanto magis sequendum arbitror, quo prescius vestigiis Scripturæ Sacræ, & purioris Antiquitatis insistit. Ecquis enim dubitat Mizraimum & alios Ægyptiorum Magistros, non æque doctrina de æterna Vita; ac Historia Creationis & veri Dei notitia, a Noacho, qui præco fuit Justitiæ instructos fuisse? quis ignorat Ægyptiorum genium, quo maxima eos existimatione persequi soliti fuerunt, quos Sapientia atque virtute excellentiores cernerent, & a quibus se ingentibus beneficiis affectos esse meminerant? adeo quidem, ut ejusmodi mortales, non defunctos solum, sed & superstites pro Divis haberent, prout ex Clemente Alexandrino (o) & Diodoro Siculo (p) constat. Jam quis neget, illos Abrahamum, Josephum, Moysen, quibus pares Sapientia, virtutibus, meritisque viros vix ulla tulit ætas, in magna veneratione habuisse, & quæ illi præclara de Summo Numine, omnibusque tam Sacræ, quam Secularis Philosophiæ partibus tradebant, hæctenus saltem imbibisse, ut eorum tinctura quædam posterioribus quoque Seculis superfuerit? Ac Abrahamum quidem Ægyptiis cognitum, summoque favore ac benevolentia cumulatum fuisse, non tantum Sacræ testantur Literæ Gen. XII, 13. 14. Sed exterorum quoque Scriptorum loquuntur monumenta (q). Quanta Josephi in Ægyptios merita, quanta auctoritas fuerit,

B 3

dicere

(m) *Contra Celsum* L. V. p. 260. (n) *Ægyptiac.* L. II. c. 15. p. 178. seq. (o) *Strom.* L. 1. p. 303. (p) *L. 1. p. 81.* (q) *V. quæ ex Eupolemo & Nicolao Damasceno adducit Eusebius Preparat. Evangel. Libr. IX. c. 16. & 17.*

dicere supervacaneum est. Ipse DEI Spiritus, per Regium Vatem de eo cecinit: *Mittens Rex (Pharao) expediri iussit eum (Josephum), & Dominator Populorum idem solvit eum: Præposuit eum Dominum familie suæ, & dominatorem in totam possessionem suam: Ut vincret principes ejus ex animo suo, & Seniores ejus informaret.* Pf. CV, 20. 21. 22. Quod etsi de Sapiencia quadam Politica, qua ratione Rempublicam administrare deberent tempore famis, intelligi possit; non ita tamen accipiendum, quasi nullus de Religione Sermo adjunctus fuerit, cum hoc animus usque adeo Numinis plenus a se impetrare nunquam potuisset. Quantis deinde *Moses* Vir DEI miraculis & auctoritate coram Ægyptiis inclaruerit, neminem latere arbitror. Nec post *Exodum ex Ægypto* instituta, Israelitarum Exteris Gentibus plane incognita fuerunt; quin potius fama Legum, quas DEUS tremendis prodigiis sua ipsa voce promulgaverat, asitas Palæstinæ Gentes longe lateque permeavit, & singulari prudentiæ ac sanctitatis existimatione, quibus aliorum Populorum instituta longe superabant, implevit. Plane uti *Moses* fore prædixit *Dev. IV, 6, 8: Observabitis ergo & facietis: Nam hæc est Sapiencia vestra & Prudentia ante oculos Populorum: qui audientes omnia statuta ista dicent: tantum gens ista maxima populus sapiens est ac prudens. Nam quæ Gens maxima exstat, cui sunt statuta & judicia justa, sicut est tota hæc lex, quam ego propono vobis hodie.* Exempli loco *Jerichuntina Rahab* esse potest, hanc enim multa de miraculis & portentis divinis juxta cum aliis incolis cognita habuisse, sacræ referunt paginæ *Jos. XI, 9. 10. 11.* Cum vero subsequentiis temporibus *Respublica Ebræorum* debellatis hostibus, turbatisque possessione sua Gentibus, ex Numinis Divini præscripto ordinata, ac formata esset, dici vix potest, quanta Religionis Israeliticæ Majestas sumserit incrementa, ita ut ingentem *Profelytorum* alliceret numerum, ipsaque *Schebæ Regina* audiens famam *Salomonis* ac *nomen Jehovæ* *Hierosolymam* accurreret *I. Reg. X, 1.* Ipsum vero incredibilis Magnificentiæ templum, a Sapiientissimo illo Regum exstructum, atrium continebat *Gentium*, quippe *Domus* illa DEI, *Domus orationis esse debebat omnibus populis* *Es. LVI, 7.* Hinc fore collegit *Salomon*, *ut extraneus veniret e terra longinqua propter nomen Jehovæ: audient enim, inquit, de Nomine Tuo magno, & manu Tua robusta*

busta, & brachio Tuo extento: & advenientes orabunt versus Domum
banc 1. Reg. VIII. 41. 42. Neque dubitare fas est, quin *Daniel & Socii*
ejus, Nehemias etiam & Mardocheus, quorum illustris fuit & sapien-
 tia & pietas, Religionis suæ tot novis prodigiis confirmatæ decus
 apud Babylonios, Medos, Persas, aliasque gentes, ad quas mitte-
 bantur, amplificaverint. Conf. Dan. III, 28. 29. c. IV. p. t. cap. VI, 26.
 Ezr. I, 1. seqq. VI, 10. Esth. IX, 4. c. X, 3.

§. X. Fallunt itaque & falluntur, quotquot Religionis He-
 braicæ instituta ita angustis Palæstinæ limitibus inclusa fuisse ar-
 bitrantur, ut non eorum cognitio ad alias quoque Gentes dima-
 naverit. Neque enim difficile est, argumento non uno demon-
 strare, totum fere Ethnicæ Philosophiæ Systema saltem qua partem
 præstantiorem ab Ecclesia DEI transmissum, & non Ægyptios so-
 lum, sed & Phœnices & Græcos, cum Sapientiæ cupiditate flagra-
 rent, a Judæis edoctos fuisse, id quod præter laudatum modo
Witsiū (*) ex professo præstitit *Petr. Dan. Huetius* (r) & *Theophilus Ga-*
leus peculiari Libro, anglico idiomate edito. (s) & in *Philosophia*
Generali, ubi Ægyptiorum (t), Phœnicum (u), Druidum (x), Græcorū,
 (y) Pythagoræ (z), Platonis (a), imo ipsius Aristotelis (b) Philosophi-
 am è Sacris Fontibus traductam esse, eleganter & erudite probat.
 Conferantur, quæ de *Notitia Divinarum Scripturarum apud Gentiles*
 differit *M. G. Vokerodt*. & de Pythagora *Joh. Schefferus* (c). Quem-
 admodum igitur sole meridiano clarius constat, multa alia Gen-
 tiles ex quotidiana fere cum Populo DEI conversatione pia qua-
 dam æmulatione in suum fundum derivasse; ita haud levi nobis
 indicio ac documento esse potest, pleraque fidei Dogmata, inter
 quæ merito censetur animarum Immortalitas & æterna Salus, ex
 limpidiſſimis Israelitarum fontibus duxisse originem, atque ad
 aures Ægyptiorum æque, ac aliarum Gentium esse relata. Id quod
 suo

(*) l. c. L. III. C. XIII. p. 272. seq. (r) *Demonstr. Evangel. prop.*
IV. c. 2. seq. & p. 74. (s) *Court of the Gentiles sive Aula Gentilium part.*
2. of Philosophy. (t) L. 1. c. 2. p. 124. (u) l. c. c. 3. p. 129. (x) l. c. c. 4. p. 148.
 (y) L. 2. c. 1. p. 154. (z) c. 3. p. 165. (a) L. III. c. 1. Sect. 2. p. 192. seqq. (b)
Part. alt. L. 1. c. 1. p. 695. (c) *de Nat. & Const. Philos. Ital. c. 4. p. 15. seq.*
 28. seq.

suo tempore jam agnovit *Minutius Felix* (d) ubi de mundi incendio
 egerat, subjungens: *Animadvertis Philosophos eadem disputare, quæ dici-*
mus, non quod nos simus eorum vestigia secuti; sed quod illi de divinis predi-
ctionibus Prophetarum, umbram interpolatæ veritatis imitati sunt *Consen-*
tit Theophylus Alexandrinus (e), qui *Gentiles ex Schola Patriarcharum in*
Ægypto nonnulla percepisse scribit. Et *Justinus Martyr* (f) docet: quicquid
Philosophi & Poëta de immortalitate animæ, aut supplicii post mortem, aut
cælestium rerum contemplatione, aut doctrinis similibus dixerunt, a Prophe-
tis argumento sumpto & intelligere ea, & exponere potuerunt. Data opera
 hic *Clementem Alexandrinum & Eusebium* taceo, quorum ille in
Stromatum Libris, hic de Præparatione Evangelica, ex professo
Gentilium furta e S. Codice ostenderunt. Non possum tamen
 mihi temperare, quin adscribam eruditissima *B. Augustini* (g)
 verba, graviter hunc in modum differentis: *Nulla igitur Gens*
de antiquitate Sapientiæ, super Patriarchas & Prophetas nostros, quibus
inerat Divina Sapientia, ulla se vanitate iniqua jactaverit: quando nec
Ægyptus invenitur, quæ solet falso & inaniter de
suarum Doctrinarum antiquitate gloriari, quali-
cunque Sapientia sua Patriarcharum nostrorum tempore prævenisse sapien-
tiam. Neque enim quisquam dicere audebit, *mirabilium Disciplinarum*
eos peritissimos fuisse, antequam literas nossent, id est, antequam Isis eo
venisset, easque ibi docuisset. (Isis porro quod illustrationis causa
 addo (h), *Inachi filia fuisse proditur, qui primus regnare cœpit Argivis,*
quando Abrahamæ jam Nepotes reperiuntur exorti.) Post pauca ita pergit
Augustinus: Nam quod attinet ad Philosophiam, quæ se docere aliquid
profitetur, unde fiant Homines beati, circa tempora Mercurii,
quem Trismegistum vocaverunt, in illis terris ejusmodi studia clarue-
runt: longe quidem ante Sapientes & Philosophos Græciæ, sed tamen post
Abraham, & Isaac & Jacob, & Joseph, nimirum etiam post ipsum Moy-
sen. Eo quippe tempore, quo *Moyse natus est, fuisse reperitur Atlas ille*
Magnus, Astrologus Promethei frater, maternus avus Mercurii Majoris,
cujus nepos fuit Trismegistus ille Mercurius. Ad quem locum *Conf.*
Ludov.

(d) p. 77. 78. edit. Wower. (e) L. 1. contra Gentes. (f) Apol. 2. p. 81.
 (g) De Civit. DEI Libr. XVIII. c. 39. (h) ex cap. XXXVII.

Ludov. Vives (i). Imo ipsum hunc Mercurium Ægyptiorum, Moysen fuisse, non obscure ex plurimis argumentis colligit *Huetius* (k). Adde quæ de primo literarum Inventore apud Ægyptios habet *Pererius*. (l)

§. XI. Quæ in contrarium ex Josepho de Judæorum averfo, a Legis suæ cum aliis nationibus communicatione, animo, & fuga commercii cum Gentilibus, objectat *Marshamus* (m); tanti non sunt ut plenum mereantur assensum, aut sententiam nostram evertere possint. Nam primo in Ægyptios id jure meritoque retorqveri potest, qui dogmata sua, arcani Disciplina quadam abscondenda non tantum, & occultanda maxime putarunt; sed & peregrinis & hospitibus aditum in suas Regiones plane dene garunt: usque dum *Psammetichius*, regnante in Judæa *Manasse*, septem fere ante Nativitatem Domini seculis Regno admotus fuit, qui primus omnium Ægyptii Regum, liberalem se & benignum, erga peregrinos sponte eo commigrantes præbuit. (n) Quid, quod post illa tempora Ægyptiorum Sacerdotes Mysticos atque incomunicabiles fuisse, multoque obsequio vix exoratos, nonnulla saltem cum peregrinis communicasse, alia invidentes, *Strabo* memoret (o). Deinde verba Josephi non simpliciter, sed comparatione facta cum aliarum Gentium crebrioribus, ob negotiationes excursionibus, intelligenda veniunt. Judæos enim non omni Gentilium consuetudine prohibitos fuisse, & Navigationes Salomonæ, & ea, quæ superius (p) nobis tacta sunt, abunde docere possunt. Imo ipse *Josephus* (q) Salomoni hanc tribuit orationem: *Non sumus inhumano ingenio, neque male affecti erga extraneos*. Et si omnino etiam Ethnicorum cognitioni subtrahere voluissent scriptæ legis volumina, quæ tamen provida arcani Disciplina arcere potuisset curiosos, inter tot casus humanos, quibus exercebantur, postquam Philistæorum, Amaleckitarum, Moabitarum, & postea Assyriorum & Ægyptiorum direptioni exponebantur, qui eos continuis cladibus attererent? Inter quas tempestates, facile accidit, ut in hostium

C

manus

(i) in *Schol.* p. 688. Edit. *Francos.* in 4to. 1661. (k) *Demonstr. Evangel. Propos. IV. c. IV. §. 2. p. 106.* (l) in *Genes. Cap. XII. Diss. 6. & in Cap. 2. Exod. Diss. 5.* (m) *Secul. IX. p. 152. 153.* (n) *Diodor. Sicul. L. 1. p. 61.* (o) *Libr. XVII. (p) §. IX. (q) Antiquit. Jud. L. VIII. c. 2.*

manus venirent scriptæ legis exemplaria, etsi solis Sacerdotibus eorum habendorum copia fuisset. (r) Neque nobis obstat *Herodoti* Auctoritas, qui *Ægyptios primos fuisse* perhibet, qui *Immortalitatem animarum docuerunt*. Nam præterea, quod verba illa de solis Gentium Philosophis commode intelligi possint, quorum primos fuisse *Ægyptios*, qui de Immortalitate animæ aliquid tradiderunt, in confesso est; illud imprimis observationem meretur, quod Græcis Ebræorum antiquitates serius, quam res *Ægyptiorum* cognitæ fuerint. Hinc factum, ut quæ apud *Ægyptios* antiquitus recepta fuisse intelligebant, ea etiam ab iis, cum ulterius progredi non poterant, inventa esse crederent: & si quid postea iis quodammodo simile in Hebræorum deprehenderent institutis, id ab *Ægyptiis*, thraſonice de antiquitate Dogmatum suorum gloriantibus, ad illos derivatum esse, suspicarentur. De Herodoto res minus dubia videri potest, cum nihil prorsus eum de Hebræis scivisse *Clar. Witsius* (s) asserat, non abnuente *Marshamo*. (t) Denique nihil ad rem facit, quod de Identitate Doctrinarum, & asserta a Judæis transmigratione affert. Etsi enim facile largiar, Judæos multa superstitiosa dogmata a Gentilibus & imprimis *Ægyptiis* mutuatos esse, quod abunde demonstratum dedit *Athanasius Kircherus* (u), & sæpius citatus *Hermannus Witsius* (x); ut tamen credam ipsam Doctrinam a Deo traditam e putidis *Ægyptiorum* commentis originem traxisse, nondum a me impetrare potui. A doctrina enim gentili superstitione a nonnullis interpolata, ad Doctrinam puram a DEO ipso ortam non licet argumentari. Quicquid næniarum ac superstitionis huic Doctrinæ adhæsit, Gentilium inventis tribuendum esse, ambabus largior manibus; si quid tamen in medio superstitionum veri sanctique fuerit, ut persuasiones ipsæ de animarum immortalitate, diverso defunctorum statu, & quæ id genus plura memorantur, id ipsum ex limpidissimis Israelitarum fontibus hausta esse, cum aliunde illis constare non potuerit, ecquis dubitet? Hi enim articuli longe altioris sunt indaginis, quam ut cæca & post lapsum plane debilitata

ratione

(r) Confer *Petri Dan. Huetii Demonstr. Evangel. Propos. IV. c. 12. p. 236. seqq.* (s) *l. c. L. XIII. c. 15. §. 2. p. 293.* (t) *l. c. p. 150.* (u) *Oedip. Ægypt. T. 1, Syntagm. 4.* (x) *Ægypt. L. II. c. 1. p. 61. seq.*

ratione humana solide investigari, aut inveniri potuerint. Interim ut quædam Imaginis Divinæ reliquiæ, & clarissimæ illius Lucis exiles scintillæ in anima etiam Gentilium permanserunt; ita quoque tenuis quædam notitia, & generalis appetitus illius Beatitudinis permansit: unde factum, ut Gentiles, quæ ex Traditione Hebræorum hac de re acceperant, ineffabili insuper Veritatis Divinæ vi per moti suo calculo omnino comprobarint. De quo scite non minus quam eleganter *Origenes* (y): *Mosis vero Scripta etiam multos alienos a Judæorum ritibus ad credendum moverunt; nimirum quia, sicut in ipsis continetur literis, primus earum Legum lator fuit DEUS, hujus mundi Conditor, qui eas Mosis tradidit.* Addit rationem Cedro dignam: *Par enim erat, ut totius mundi opifex, post leges toti mundo impositas vim eis adderet, quæ valeret ubivis Gentium.*

§. XII. Tanta veritatis vis est, ut & invitos ad sui amorem & assensum rapiat: negari tamen non potest, ut modo observatum, haustam e limpidissimis Hebræorum fontibus doctrinam, fœdissimis suis commentis ita contaminasse Gentiles, ut non immerito *Basilii* (z) dixerit: ὁσωτὸ ἐν ταῖς σώφροσι κάλλει τῆ ἐταιρικῆ προτιμότερον, τοσῶτον καὶ τῶν ἡμετέρον λόγων πρὸς τῆς ἐξωθεν τοῦ διάφορον. *Quanto Matronarum pulchritudo meretricia præstantior est, tantum quoque inter nostras, & externas Sententias discrimen.* Quod vellem studiosius paulo perpendissent illi (a), qui Gentilem Philosophiam cum sana Religione componere, & utriusque nescio quamnam Harmoniam ostendere voluerunt. Hoc modo non ipsos tantum Gentilium errores in Ecclesiam Christianam, sed illud quoque temperamentum Syncretisticum, quod ex confusione cœlestis Doctrinæ cum profana, tertiam quandam Religionem gignit, neutri per omnia similem, introducentes. Quæ accurate mecum reputans, in eam plane descendo Sententiam: melius eos de fide sacra, nostro præsertim tempore (ubi plurimi cum *Sandio* ipsa etiam vocabula Trinitatis, λόγος &c. ex Schola Platonicorum

(y) L. 1. contra Cels. p. 15. (z) Homil. 3. Hexaem. p. 16. (a) Augustinus Steuchus Eugubinus de perenni Philosophia Philippus Mornayus de Verit. Religionis, Mutius Panfa de osculo seu Consensu Ethnicæ & Christianæ Philosophiæ, Gvil. Postellus de Orbis terræ Concordia, Livius Ga-jantes de comparatione Christianæ Theologiæ cum Platonicæ. &c.

eorum desumpta esse contendunt; vel cum *Benedicto de Spinoza* (*) *Sacra Scriptura Mystera, nihil esse præter Aristotelis, aut Platonis, aut alterius similis commenta, quæ sæpe facilius possit quis Idiota somniare, quam literatissimus ex Scriptura investigare*, asserunt) mereri, qui discordiam profanæ Philosophiæ cum Christiana intercedentem fideliter detegunt, quam qui tenebras inter & lucem pascisci pergunt. Egregie hoc præ cæteris egit *Jo. Baptista Crispus Gallipolitanus*, Scriptor Pontificius, in opere de Ethnicis Philosophis caute legendis (b), qui ingenue discrimen utriusque detexit, & quantum distent æra lupinis, eximie ostendit. Ut de glorioso tantum animarum Cælo in præsentem dicam, neminem latere arbitror, quantis hæc doctrina fabulis, & lepidis Gentilium commentis obnubilata fuerit, ut si pro Junone nubem, pro luce tenebras, & pro Cælo infernum arripuisse Gentiles dixeris, rem Te acu tetigisse, omnino fatendum sit. Quis nescit *campos Gentilium, Elysios* omnium deliciarum generibus affluentes? quos alii in medio inferiorum, alii in Insulis fortunatis, alii circa Globum lunarem collocarunt, teste *Tertulliano*, qui varias Ethnicorum Philosophorum opiniones recensens, inquit (c): *Apud illum (Platonem) in aetherem sublimantur animæ sapientes, apud Arium in aërem, apud Stoicos sub Lunam*. Plura hujus generis dabunt *Natalis Comes* (d), *Nobiliss. Marshamus* (e), & quoad Japonios *Gerhardus Johannes Vosius*. (f)

§. XIII. Ita in partes scinduntur, qui spiritu vertiginis acti, ubi certo pedem figere debeant, ipsi nesciunt. Neque a scopo plane alienum erit, si in diversa nunc Gentilium de receptaculo animarum separatarum placita paulo diligentius inquiram, cum eosdem errores, noviter incrustari, ac speciosis sæpe coloribus pingi in comperto habeam. Neque tamen nunc ex professo de *Pythagoræis*, eorumque decantata *Metempsychosi* dicere animus est, quod sciam, multos viros egregios & eruditos Pythagoram excusare, ejusque Sententiam mollius de symbolica ac metaphorica trans-

(*) *Tract. Theol. Polit. c. XIII. p. 154.* (b) *Quinarius primus, qui est de Platone caute legendo prodiit Romæ 1594.* (c) *cap. LIV. de anima.* (d) *Mythol. p. 274. seqq.* (e) *Can. Chron. Secul. XI. p. 272. f.* (f) *de O. & P. Idol. Gent. L. 1, c. 25. p. 185.*

transmigratione exponere (g). Quamvis negari non possit, non unius absurdi dogmatis auctorem fuisse Pythagoram, atque illud ipsum Dogma ab Ægyptiis jam tum receptum non tantum in Græciam, sed & ipsas quoque Indiæ tam Orientalis, quam Occidentalis partes longe lateque traductum & transplantatum esse. De quo videri potest *Magnificus Dominus PRÆSES, Patronus atque Præceptor meus ad cineres usque sanctissime colendus* (h), *Job. Henr. Ursinus* (i), & *Theophylus Spizelius* (k), qui vanissimæ hujus opinionis apud varias Gentes originem & incrementa prolixè & erudite deducit. Quibus addi potest *Christophorus Christophori Sandius* (l) qui idem egit, & *Ambrosius Rhodius* in Gymnasio Christianensi quod Norwegiæ est Physices & Mathematicum quondam Professor, ejusque Loci Physicus Ordinarius (m), qui prolixè de Sententia Pythagoræ disputat, eamque non tropicam, sed propriam fuisse evincit. De *Judeis* res minus dubia est, hos enim proprie sic dictam Animarum Transmigrationem asseruisse, notissima illorum **נשמות גלוּת** *Revolutio animarum* docere potest, cujus Patrocinium ante aliquot annos *R. Menasseh Ben Israel* in se suscepit, ordinationem divinam esse asserens, ut quælibet anima, antequam in Cælum recipiatur, vel ad inferos detrudatur, ad minimum ternis vicibus corpus humanum ingrediatur, ut vel plene a peccatis purgetur, vel inexcusabilis reddatur: huc trahit dictum Elihu: *En omnia hæc operatur DEUS fortis, bisque terque cum viro, reducendo animam ejus a fovea, ut illustretur lumine hujus vitæ.* *Job. XXXIII, 29.30.* (n) Vide Sententiam Judæorum prolixè expositam in *Tractatu de Revolutione Animarum* *R. Titzchak Loriensis* (o), &

C 3

in

(g) *Theoph. Galeus Philos. Gener. L. 2. c. 3. §. 5. p. 177.* *Gerh. Joh. Vossius de Sectis Philos. c. VI.* *Reuchlinus de Arte Cabba. L. 2.* *Slevogt de Judæor. Metemps. §. 22.* *Philippus Mornæus de Verit. Relig. Chr. c. XIV.* *Joh. Schefferus de Philos. Ital. c. XIV. p. 145. seq. & c. Conf. Paganinus Gaudentius de Pythagoræa animar. Transmut. c. Pisfis 1641. edit.* (h) *Disput. de Metemps. Pyth. §. 12.* (i) *Vom Zustande der gläubigen Seelen nach dem Tode. L. III. c. 4. p. 231. seqq.* (k) *de Re Literar. Sinens. Sect. XIII.* (l) *de Origine Animarum p. 112. & 143. seqq.* (m) *in Dialogo de Transmigrat. Animar. Pythagor. Hafn. 1638. edit.* (n) *apud Ursinum l. c. p. 235.* (o) *P. 1. c. 6. id est Kabbala denudata T. 2. Part. 3. tract. 2. p. 269. seqq.*

in *Adumbratione Kabbale Christiane* (p). Conferantur quoque *Buxdorffius* (q) *Slevogtus* (r), *Holstenius* (s), & qui primo loco nominandus fuisset *Magnificus DN. PRÆSES* (t), qui ex *Drusio* aliisque, *Judæorum Cabbalam* ex voce אדם adducit, cujus literæ illis tres diversos designant homines: אדם ה' e. Adamum *Davidem* & *Messiam*: quia nimirum anima *Adami* per סוד הגלגול secretum *Revolutionis* migraverit in *Davidem*, *Davidis* in *Messiam*, qui adhuc lateat propter peccata *Judæorum*. Eodem dilirii veneno præter *Muhammedanos* (u) ex vetustissimis *Hæreticis fasciatis* quoque fuisse *Carpocratianos*, *Gnosticos*, *Marcionitas* & *Manichæos*, ex *Epiphanio* (x), *Theodoreto* (y) & *Augustino* (z) constat.

§. XIV. Quamvis vero *Lactantius* (a) recte scribat: *Pythagoricam illam opinionem ridiculam & mimo quam Schola digniorem, nec refelli quidem serio debuisse, cum qui id faciat, videatur vereri, ne quis id credat*. Unde etiam facete & false deridetur a *Luciano* (b). Nihilominus cum deformes buccæ suos etiam inveniant bafiatores; eandem impietatem ex *Recentioribus* nuper ex orco revocavit suamque fecit *Autor Libelli de Revolutione Animarum* (c), quem *Franciscum Mercurium van Helmont* esse, è *Societate Quackerorum* ob eundem tractatum exturbatum, *Eruditis* compertum est. Hic cum putaret, pugnare cum *Longanimitate* & *Justitia Divina*, quod pluri mi in peccatis suis abripiantur decimo, vel vigesimo ætatis suæ anno & minores, cum tamen *DEUS* in multa longanimitate sua sustinuisse dicatur *vasa iræ adaptata ad interitum Rom. IX, 22.* & *Spiritus ejus* cum aliquibus ante *Diluvium* contendisse legatur per aliquot secula (d); ideo justissimo Numini, (cujus viæ æquitati maxime conformes sunt, & penes quem nullus personarum respectus est, *Ezech. XVIII, 25. 29. Act. X, 34.*) maxime convenire censet, ut æquale *Pœnitentiæ spatium*
uni-

(p) c. X. §. 6. c. XI. §. 1. (q) in *Lexico Chald. sub radice אדם* p. 97. (r) *Disp. Philolog.* p. 831. & 839. (s) *de Vita Pythagoræ* p. 81. (t) l. c. §. 11. (u) *de quibus Busbequius apud Ursinum* l. c. p. 235. (x) T. 2. *Libr. 1. heres. 27. L. 2. heres. 66. & Tom. 3. L. 2. heres. 42.* (y) L. 1. *Histor. Eccles. c. 17.* (z) *Libr. de heres. ad Quod vult DEUM heres. 46.* (a) L. VII. *Divin. Instit. c. 12.* (b) in *Dialogo Galli & Mycilli.* (c) *Juxta Exemplar Anglicanum nuper Amstelodami recus. 1690.* (d) *Vid. Probl. 2. 3. 4. p. 7. 8.*

unius & ejusdem durationis omnibus & singulis concedat. (e) Cum itaque DEUS pro multa sua misericordia cunctis Diem quendam visitationis & poenitentiae largiatur; *Dies autem unus penes DEUM sit sicut mille anni* Ps. XC, 4. 2. Pet. III, 8. ideo singulis hominibus millennium ad vitam & poenitentiam dari hariolatur (f). Porro cum Christus dicat Joh. XI, 3. *Nonne duodecim horae sunt diei? per eas horas intelligi vult duodecim distincta vivendi intervalla, quae singulis hac in terra concedantur hominibus; sic statuente DEO ex multa longanimitate sua, ut duodecim distinctis vicibus quis nascatur in hunc mundum.* (g) Quam horam $8\frac{1}{3}$ communes annos vitae humanae continere docet (h): ut ut periodum hanc vitae humanae non semper aequalem esse, sed hac vel illa periodo pauciores pluresve annos consumi fateatur (i). Et cum nox in Scriptura S. in quatuor dividatur vigiliis Matth. XIV, 25. Marc. VI, 40. Luc. XII, 38. Chilias autem annorum similis dicatur uni noctis vigiliae Ps. XC, 4. noctem illam mysticam quatuor annorum chiliades vel circiter continere putat (k): Ita ut homines, qui moriuntur in octava sua, nona vel decima &c. revolutione, quamvis iterum sint renascendi, non tamen redire cogantur immediate post mortem suam sed post talem temporis periodum, quae involvat horam perfectam, sive Revolutionem annorum $333\frac{1}{3}$. quales horae duodecim efficiunt quater mille annos, qui est integer, magnusque istorum gyrorum circulus, (l) Sententiam itaque suam dicto Ps. XC, 3. 4. fundatam esse opinatus, totum illud tempus Revolutionis animarum humanarum a primo termino, usque ad ultimum, esse quatuor mille annos asserit. Ita ut quilibet homo diversis intervallis mille habeat annos, quos in corpore transigat: exceptis tantummodo illis, qui moriuntur in fide; quippe, qui postquam semel exegerunt corporis vitam in quietem introeunt, & patienter expectant primae Resurrectionis momentum. (m) Haec sententia est hujus Fanatici de animabus in fide mortuis, quam plenius alibi explicat (n): Porro quaeritur, inquit, an dicendum sit: omnes illos in istius mundi vitam necessario revolvendos fuisse, qui olim crediderunt in Christum venturum, & quibus aliqua ex parte revelatum fuit mysterium mortis & resurrectionis ejus? An vero potius censendum

(e) Probl. VI. p. 10. (f) Probl. 3. & 4. p. 8. (g) Probl. VIII. p. 11.
 (h) Probl. LXIII. p. 52. (i) Probl. LXIV. p. 53. (k) Probl. XII. p. 12. (l) Problem. CXCIV. p. 141. (m) Probl. LXXII. p. 60. (n) Probl. XLIV. p. 39.

sendum sit omnes hujusmodi animas fideles quiete sua frui cum Domino extra corpus, usque ad destinatum cum Deo tempus, pro impertienda suo singulis ordine resurrectione & revivificatione in fine dierum? Exceptis tantummodo paucis quibusdam, qui ob certum aliquod ministerium extraordinarium, exhibendumque hominibus beneficium iterum missi sunt in mundum, ut aliquo inibi viverent tempore, ante statutum illum terminum? Quod deinde Exemplo Johannis Baptistæ, qui verus ipse est Elias ulterius declarat. Imo quemadmodum animarum; ita etiam corporum revolutionem asserit (o): Si talis datur Animarum revolutio, de qua hic inquiritur, cur non etiam daretur quædam revolutio corporum, cum materia prima sive substantia corporum sit incorruptibilis, nec annihilatur sive evanescat? Nonne anima cum prima recipit corporis sui rudimenta in utero, magnetica quadam sive attractiva virtute ad sese allicit particulas proprii sui corporis prioris, quantumcunque illæ dispersæ fuerint per totum universum? Quis enim neget Deum tribuere posse animæ talem virtutem, modo consideretur, quam admirandæ virtutes, experientia teste, reperiantur in quibusdam herbis, lapidibus & metallis, per quas ad se trahant tales vel tales corporum particulas singulares & non alias; de quibus varia proponi possent exempla physica, quorum unum saltem hic allegabo, loco omnium, quod notissimum sit, de magnete sc. qui attrahit scobem ferri licet per pulverem minimasque particulas omnium cæterorum metallorum, vel aliorum corporum naturalium varie dispergatur atque confundatur, ita ut illam solam seligat, omissis reliquis omnibus. Unde admiranda apparet sympathia in variis totius universi rebus, quod simile ad se trahat simile (sive si malis, ad id propellatur) & qualibet res quaerit & allicit ad se, quod sibi proprium est. Idque non tantum quoad speciem, sed etiam quoad ipsas particulas atomosque in individuo: prout videmus in pulvere sympathetico, qui si applicetur saltem ad pannum cruentum, quamvis vulnus ipsum minime tetegerit, istud tamen curat: Item in herbis quibusdam, quæ in distans varias efficiunt sanationes, absque omni applicatione visibili; quod procul dubio fita secreta quadam & invisibili attractione talium partium individualium, proveniente ab illa in individuo herba, ita vel aliter præparata?

§. XV. Ita absurditates absurditatibus cumulat Autor, remque omnem argumentis adeo ineptis & obtorto collo raptis conficit,

(o) *Probl. CXXIII. & CXXIV. p. 99. seq.*

ficit, ut nihil habeam, quod præter sanam mentem, quæ in Revolutionibus suis deliquit passim videtur, homini appere. Nemo enim, sententiam ejus considerans facile erit, qui mecum non tulleat, aut cum Poetâ exclamet:

O rem ridiculam, Cato, & jocosam!

adeo sententiam ejus saltem allegasse, refutasse est. Sed tamen suam hanc doctrinam modis omnibus commendat, quod *conducatur ad vindicandam justitiæ divinæ universalitatem, ad illustrandam divinæ providentiæ aliorumque attributorum Divinorum veritatem, ad aperiendam sufficientissime Variorum Sacra Scripturæ Locorum obscuritatem* (P) Item quod *hypothesis sua viam pandat mediam ac securissimam, juxta quam Doctrina de universali redemptione, Dilectione, atque gratia super ipso Scripturæ fundamento firmissime stabilitur* (q). Denique quod *insigniter proficit ad conversionem, tam Judæorum, quam Gentilium* (r), & quæ hujus generis sunt alia. (s) Qui vero paulo penitius in institutum Autoris inquireret; ille ab hoc anonymo æternitatem poenarum infernalium expresse negari (t); mundos infinitum sibi succedentes (u) statui; Justitiam DEI vindicativam funditus everti, securitatem carnalem introduci, pietatem labefactari latus Atheismo aperiri portas, absurdum denique Pythagoricæ *μετεμψυχώσεως* dogma ex orco revocari, nullo negatio deprehendet. Sed & hoc crimen a se modis omnibus amoliri, suumque dogma plane a pythagorico diversum esse demonstrare conatur; (x) sed admodum infeliciter: accidit enim hic Autori, quod multis hæreticorum, qui ut deliria sua muniant, contra consequentias absurtas vela stramineis ineptiis novis, quæ iisdem consequentiis obnoxia sunt, præsidium illis petunt. Sed de hoc homine etiam in subsequentiis dicendi locus erit. Nunc ad Philosophos redeo.

§. XVI. A Pythagora ad Divinum Platonem migravit Error, qui ut alias studiosus Pythagoræ Sectator fuit, teste *Marsilio Ficino*, (y) & *Laertio*; (z) ita etiam in eodem cum Præceptore suo luto hæsit, prout ex *Origene* (a) *Epiphano* (b), & *Agustino* (c) haud obscure

[p] *Probl. 1. p. 6.* [q] *Probl. XLIII. p. 38.* [r] *Probl. CC. p. 143.*
[s] *Conf. Probl. LXX. p. 57. Probl. CLXVIII, p. 123. Probl. CXCI. p. 135.*
[t] *Probl. CXXXII. seq. a. p. 102.* [u] *V. Probl. CLV. p. 117. seq.* [x] *Probl. CXCII. p. 136.* [y] *in Vita Platonis* [z] *L. III. de Vitis Philos.* [a] *L. IV. contra Celsum.* [b] *hæres. VI.* [c] *L. X. de Civ. DEI cap. 30.*

scire colligitur. Nisi in eo discrepantiam esse statuas, quod Plato discrimen hic faciat inter animas piorum & impiorum: illas a tali transmigratione eximens; his vero solis eandem in poenam scilicet antea vitae tribuens. Luculentus de hoc in *Phaedone* locus est, quem ex versione Jani Cornarii integrum dabo: *Sipura*, inquit, *anima discesserit, nihil de corpore simul trahens, utpote in nulla re cum ipso communicans in vita, ex sua voluntate, sed ipsum fugiens, & ipsa in seipsam collecta, utpote hoc semper meditans, ad simile ipsi, ad Divinum abit, Divinum & immortale & sapiens, quo ubi pervenit, contingit ipsi, ut sit felix ac errore, & ignorantia, & timoribus, & aggressibus amoribus, & aliis humanis malis liberata. Pergit deinde: Si vero inquinata & impura a corpore discesserit, utpote quae corpus completa est, & hoc coluerit, & ab ipso, & cupiditatibus ac voluptatibus delinqua fuerit, apud Inferos est, & circa monumenta ac sepulcra versatur Verisimile est, & neque bonorum has animas esse, sed malorum, quae circa huiusmodi oberrare coguntur, poenam dantes prioris malae educationis. Et tamdiu sane oberrant, donec rursus in corpus illigatae fuerint. Illigantur autem velut consentaneum est, in ejusmodi mores, quales sane etiam in vita exercuerunt. Nimirum eos, qui gula & lascivia & potationi dediti fuerunt, ac nihil veriti sunt, in asinorum & talium bestiarum genera ingredi consentaneum est. Et in *Phaedro* disputat, animas sorditas de Caelo cadere, & subinde post mortem redire de corpore in corpus, post decem millia annorum absolvi totum cursum, tum bonos animos redire ad Caelos, malos vero ad poenas infernales. Haecenus Plato, qui illud peculiare habuit, quod animas omnes ante migrationem in corpora ex Spiritu sive mente DEI creatas existimaverit, hinc peculiare pro illis exstruxit $\psi\chi\omicron\delta\omicron\chi\epsilon\acute{\iota}\omicron\nu$, in quo non tantum ante descensum in corpora detineantur, sed in quod etiam post discessum a corporibus bene tamen antea per omnia Elementa purgatae iterum recipiantur. Quod animarum receptaculum vario modo sibi ipsi hac in parte non satis constans descripsit Plato. In *Phaedro* enim dicit, felices animos ire ad super caelestem curiam, ad loca extra flammantia mœnia mundi, & in *Phaedone* docuit ad gentem divinam proficisci animas & eorum cum Diis agere. Ibidem etiam affirmat non in Sole, Luna habitare DEOS & iustos cum illis, imo vero & Solem & Lunam & astra conspici ab eis, quali natura sint, & sequi eos omnem aliam felicitatem.*

Alibi

Alibi tamen sui quasi oblitus, animas omnes in certas Stellis dispositas, in terram descendere, & hinc in Lunam reliquasque Stellis iterum recipi putavit. Ita enim in *Timeo* differit de animis satis a DEO : Cum, inquit, constituisset universum, distribuit animas astris aequales, singula unicuique astro attributa. Easque cum quasi vehiculum, in naturam universi imposuisset, monstravit eis leges fatales dicens ; Primam generationem fore unam cunctis aequae ordinatam, ne quis ab eo queratur, se indigne affectum. Sed eas singulas sparsas, ut cuique congruum esset, in singula organa temporum, hoc est sidera, oportere producere animal piissimum, furore, & cupiditatibus ceterisque affectionibus temperatum. Quibus si imperent, fore, ut juste vivant ; si vincantur fore, ut vivant injuste. Atque eum, qui bene datum tempus exegisset, ad habitationem socialis astri profectum, vitam beatam habiturum. Qui autem se his superari permisisset, mutandum in secunda generatione, in naturam muliebrem. Millesimo anno utrasque venientes ad sortem, & electionem secunda vitae eligere, quam velit vitam. Ibi in ferinam vitam animam humanam demigrare. Quod si nunquam absistat, quibus se vitiis dedisset pro morum quadam conformitate, semper in similem aliquam mutandum fera naturam : tamdiuque in hac mutatione & transitu futuram, dum absterferit expiaveritque ratione sordes, quae ex igne, aut aqua, aut aere & terra postea contraxisset : atque ad conversionem, motumque ejusdem, & similis naturae, quam habet in seipsa reversa, ad primam formam illius optimi & prioris habitus redierit. Quae cum animis sanxisset, ac definisset, ut si quid accideret postea mali, minime ipse auctor videretur, sparsit alios in Solem, alios in Lunam, ceteros in alia temporis instrumenta, Vide prolixè Sententiam Platonis expositam apud Augustinum Steuchum Eugubinum (d), & Job. Henr. Ursinum (e), qui simul ostendit, quantum hic Platoni propinquus sit Origenes. His merito subjungo, quae de Platoniorum Sententia differit Hannibal Rossellus Calaber (f) : Platonem inquit, in *μετεμψυχώσεως* dogmate secuti sunt Apulejus, Plotinus, Porphyrius, Varro, Virgilius, Tertullianus, Origenes ; hi puras animas ab initio conditas arbitrantur : & eas, quae ab omni contagione corporis liberae sunt, caelum possidere : appetitivas vero corporum,

D 2

la-

(d) de Perenni Philos. L. IX. c. 28. & 29. (e) vom Zustand der gläubigen Seelen L. III. c. V. seqq. p. 236. seq. (f) in Mercur. Pyramid. lib. 3. Com. 6. dial. 2. qv. 9. cap. 2.

latenti desiderio de cælo prospicere, & pondere terrena cogitationis, paulatim in inferiora delabi, corporibus diversis conjungi: & ab his tandem resolutas, & purgatas, non ea, quæ descenderant porta, ad superos reverti; duas siquidem in Cælo portas pro ascensu & descensu animarum, Macrobius super somnio Scipionis ad mentem Platoniorum explanat. Prima est porta hominum, & descensus, Cancer. Altera Capricornus, descensus DEorum; quæ rursus ascendentes animæ, immortalitatem DEorum consequuntur: galaxia autem per signiferum protensus Circulus, locus est Beatorum. Cætera autem signa transeuntes, quasi ebriæ ex viis diversis, obliviscuntur eorum, quæ habebant in Cælo. In Sphæra Saturni acquirunt intelligentiam, in Jovis vim agendi; in Martis animositatis ardorem, in Solis, sentiendi, opinandique naturam; in Veneris motum voluptatum; in Mercurii interpretandi vigorem: in Lune vim augurandi. Purgatas quoque evocari ad Lethæum fluvium, ut inde bibentes obliviscantur præteritorum malorum, quæ in corporibus passæ sunt & ad superiora conscendant, & ab his rursus in inferiora reverti cupiant.

§ XVII. Huic Platonis sententiæ simillima quoque habet Plutarchus (g): Omnis anima inquit, sive prædita, sive carens mente, ubi primum e corpore exiit, fati lege ad tempus vagatur ea in Regione, quæ terram & Lunam interjacet. Pæ certum tempus in aeris purissima parte degunt, quam præta Ditis appellant: Deinde velut ab exilio in Patriam reductæ, gaudium degustant, quæle maxime percipiunt, quæ sacris initiantur, trepidatione ac suavi spe permixtum. Multas enim extrudit æstuandoque projicit, jam jam LUNAM subire affectantes: Nonnullas etiam, quæ jam eo pervenerint, subversas vident, tanquam in profundum devolvi, quæ autem sursum evaserunt, ac firmiter sunt collocatæ, primum ut solenni certamine victores coronantur pennis, quæ constantia dicuntur - deinde visus eorum radiis est similis - conspiciunt autem primum ipsius Lune magnitudinem & pulchritudinem ac naturam. Et paulo post: In Luna cavernas & profunda esse ait, quarum maxima Hecates vocent penetralia duas præterea longas, per quas transmittantur animæ, alias a Luna versus Cælum, alias versus terram. Propius ad rem accedit egregius Macrobius Locus (h) qui ita: alii Mundum in duo diviserunt - & immutabilem quidem partem a Sphæra usque ad globi Lunaris Exordium:

(g) L. 2. c. 30. de Philosophor. Placitis. It. de Facie in Orbe Lune p. 383. seq. (h) L. 1. ad Somn. Scip. c. XI. p. 57. seq.

mutabilem vero a Sphæra ad Terras usque dixerunt. Et vivere animas, dum immutabili parte consistunt: mori autem, cum ad partem ceciderint permutationis capacem. Atque ideo inter Lunam terrasque locum mortis & inferorum vocari, ipsamque Lunam vitæ esse mortisque confinium: & animas inde in terram fluentes mori, inde ad supera meantes in vitam reverti. Plura hujus generis ex Gentilium Philosophorum scriptis dabit Job. Bapt. Crispus. (i) His ad stipulati quoque sunt Judæi ad omnem superstitionem proni, qui simile aliquod $\mu\upsilon\chi$ finxerunt apud Bokockium (k) & Leonem Ebraeum (l) Et præter eos Bragmanes, quod videre est apud Palladium & Ambrosium de Bragmanibus, quos edidit Briffæus. (m)

§. XVIII. Equidem non sum ignarus, hæc non proprie, sed mystice de speculatione animorum philosophica exponi a Viris eruditissimis, quod prolixè deducit B. Scherzerus. (n) Neque morosè & pertinaciter illud negaverim, multa hujus generis ex modo docendi mythico mysticoque profluxisse. Verum cum verba Autorum cum cognatis eorundem Sententiis & dogmatibus, quæ propriissime omnium consensu intellexerunt, diligenter confero, & fontem Erroris mecum accuratius recolo; non possum a me impetrare, ut credam, omnia hæc & hujus generis alia mysticè tantum ab Autoribus non tantum proposita, sed etiam intellecta fuisse, imprimis cum de Stoicis quoque Seneca (o) affirmet: fuisse inter illos, qui deliberaret, utrumne Soli quoque suos daret Populos. Scilicet sicuti Xenophanes juxta Tullium (p) ajebat; in Luna habitari, eamque esse Terram multarum urbium. Quid, quod Lactantius memorat (q) Lunam ætheream terram a Physicis vocatam, & habitatores ejus Lunares, Lunaticos Populos nuncupatos esse. Conferatur Athanasius Kircherus in itinere Ecstatico cum Schotti Scholiis (r) & Voetius (s). Neque mirum Græcos receptaculum ejusmodi animarum credere, cum Ægyptii, quos semper fere imitati sunt, simile aliquod $\psi\upsilon\chi\omicron\delta\omicron\chi\epsilon\acute{\iota}\omicron\nu$ quod *Amenthen* appellant, in loco tamen

D 3

(i) l. c. p. 45. (k) in notis ad Portam Mosis. (l) Dialog. III. de amor. p. 460. seq. & 793. (m) p. 22. 24. & 70. (n) Program. V. de Transumptione animarum in Lunam p. 47. seq. (o) apud. Lactant. L. III. Divin. Instit. c. 23. (p) L. IV. Tusculan. (q) l. c. (r) p. 92. seq. (s) Disp. Select. T. 1. p. 697.

men subterraneo situm, statuerint. (t) *Homerus* sane ex Ægyptiaca Orphei disciplina didicit, animas æternas in humana corpora delabi, rursusque ad superos remeare: unde peculiare *Antrum Nympharum* effinxit, in quo.

- - - *Janua duplex:*

*Hæc Boream spectans homines demittit: at illa
Respiciens austrum divinior, in via prorsus
est homini, præbetque viam Immortalibus unis.*

Et *Porphyrus* (cujus eximius de hoc Antro *Libellus* ab *Holstenio* editus est) dicit: *Antrum imaginem & Symbolum mundi: Naides autem Nymphae sunt Animæ generationem subeuntes: Altera porta est ψυχῶν εἰς γένεσιν κατῆσθῶν animarum in generationem descendantium, altera δὲ θεῶν, ἀλλὰ τῶν εἰς θεοὺς ἀνιῆσθῶν non Deorum, sed (animarum) ad DEUM ascendentium. Ideo non dixit Deorum viam, sed ἀθανάτων, quod animabus est commune, quæ sunt sua Essentia immortales. Et omne plane dubium tollit *Plutarchus*, apud quem expresse *Campus Elysus* in *Luna* collocatur. (u)*

§. XIX. Missa vero nunc *Platoniorum* Sententia, me non iusurum operam arbitrò, si ostendero, crambem hanc *Gentilis* Superstitionis a *Recentioribus* recoctam, orbique *Christiano* appositam esse. Ac initio quidem *Platonis* & *Origenis* sententiam de animarum præexistentia amplexi sunt: *R. Menasseh Ben Israel*, (x) *Henricus Morus* (y), *Autor Libelli de Revolutione Animarum*, (z) *Anonymus* quidam (a), & *Christophorus Christophori Sandius* (b), Quos binos ultimos tamen egregie refutavit *Jacobus Thomasius* (c) & *B. Bebelius*. (d) Deinde quod assumptionem animarum in *Luna* attinet, suam hanc esse Sententiam voluit *Manes Perfa*, immani-

nissi-

(t) *V. Plutarchus de Iside* p. 362. (u) *de facie in Luna* p. 944. (x) *de Creat. Probl. XV.* (y) *L. 1. Myster Pietat. c. 8. & in Libro de Immortaliz. animæ.* (z) *Probl. CLVII. seqq. a pag. 118.* (a) *in Dissertatione singulari de existentia animarum, antequam in aspectabili hujus vite theatro compareant. an. 1672. edit.* (b) *de origine Animæ Cosmop. 1671.* (c) *pecul. Orat. oppos. illorum Errori, qui asserunt Præexistentiam animarum humanarum, quæ est inter Orat. ejus conjunctim editas XX. a p. 457. seq.* (d) *de Præexistentia animarum human. adv. Error. Chr. Sandii & Anonymi. Argent. 1675. edit.*

nissimorum dogmatum Propagator, teste enim Epiphanio (e) stauit; animas, quæ erroris hujus Sectæ cognitionem habent, assumi in Lunam, cum lucida animæ essentia existat, quæ propter etiam Lunam auferre & decrescere ac deficere, dum impletur ab animabus eorum, qui in cognitione incredulitatis istius moriuntur. Deinde easdem a Luna, minore videlicet scapha depleri, & in Solem assumi, atque in Beatorum Seculum deponi. Et Augustinus (f) refert: Manichæi Animas bonas, quas censent ab animarum malarum Natura scilicet contrariæ commixtione liberandas, ejus cujus DEUS est, esse Naturæ &c. quicquid undique (ab animabus) purgatur Luminis, per quasdam naves, quas esse Lunam & Solem volunt Regno DEI, tanquam propriis sedibus reddi. Quas itidem naves de DEI substantia pura perhibent fabricatas. Conferatur B. D. Ægid. Strauchius Præceptor olim meus ac Hospes desideratissimus (g), & B. Scherzerus, (h) Nec defuerunt ex venerando priscorum Patrum Choro, qui animas a Corporibus separatas in stellas assumi, & in Regione Beatorum circa Viam Lacteam habitare existimarunt, de quo conferri poterit Doctissimus J. H. Vrsinus (i). Nec hodiernum defunt, qui Lunam & reliquas Planetas, si non animarum separatarum; hominum tamen habitacula esse affirmant, ut Nicolaus Casanus Cardinalis (k) Job. Keplerus (l), Galileus de Galileis, quem ex professo refutavit Julius Caesar la Galla (m), & Apologiam pro eo scripsit peculiari Libro Campanella. Eandem Sententiam propugnauit Anonymus quidam Anglus. (n) Henricus Morus (o) Thomas Burnetius (p) aliique. Quid Cartesiani Coccejani hac de re sentiant, videre est apud C. Wittichium (q), Burmannum (r) Petrum Allinga (s). Quorum Sententiam ex professo nunc ut examinem, instituti ratio non permittit. Videantur interim, qui

- (e) *heres. LXVI.* (f) *de heres. ad Quod vult DEUM heres. 46.*
 (g) *In Manichæismi Recens. Histor. §. 38.* (h) *Progr. Publ. Progr. V. p. 44.*
 (i) *l. c. p. 289.* (k) *L. 2. de Doctâ Ignor. c. 11.* (l) *Astron. optic. p. 250. & in Dissert. cum nunc. sider. p. 10.* (m) *de phenom. in Orbe Lune.* (n) *Libello vernaculo: Detectio Orbis in Luna. Lond. 1638.* (o) *Oper. Phil.* (p) *Tellur. Thor. Sacr. L. 1. c. 10. p. m. 100. 101.* (q) *Theol. Pacif. §. 70.* (r) *in Synopsi Theol. L. 1. c. XXI. §. 34. p. 281.* (s) *in Erotem. Illustr. p. 210.*

qui illud egregie præstiterunt: Petrus van Mastricht (t), Melchior Leydekker (u) Antonius Hulsius, (x) & Henricus Brinck. (y)

§.XX. Præter hunc, alium quoque Ecclesiæ peperit errorem, fœcunde hæc Ethnicæ superstitionis mater. Cum enim quidam statuebant apud Veteres, animus post mortem circa corpus aliquandiu desidere, & hospitium vetus, licet non inhabitare amplius, ægre tamen relinquere, atque deinceps per morarum spatia, in loca alia atque alia devehî atque deportari, donec fixam & duraturam perpetuo sedem fortiantur. Ab hoc Gentilium delirio (quod mortuos conclamandi ritum eis dedit) mutuati aliquid sunt otiosi quidam Monachi, qui animas defunctorum circa corporum suorum sepulcra vagabundas atque errantes populo simplici persuadere conati sunt; non aliter ac Platonem superius disferentem audivimus. Sunt in hac Sententia Jesuitæ Conimbricenses [z] asserentes: *Animas hominum post mortem ad tempus etiam in corporibus remanere, etsi non informant, idque non solum extraordinaria DEI potentia in uno atque altero exemplo fieri posse, sed semper & in omnium hominum morte naturaliter accidere.* Quibus consentit Gregor. de Valentia (a). Quæ usque adeo absurda & conficta sunt, ut ab ipsis sanioribus Pontificiorum explodantur. Et jam dudum fuerunt Viri Eruditi & Cordati, qui ex his & aliis ejusmodi dogmatibus æque ac ritibus Ecclesiasticis Papismum Ethnicismo infectum esse perspexerunt (p). Imo ipsam, quam modo exposui, Platoniam animarum purgationem mirum quantum cum Pur-

gato-

(t) *Gangran. Novit. Cartes. p. 384. seq.* [u] *Fax Verit. p. 296. seq.*
[x] *in Specim. Theol. Hypothes. T. II. p. 396.* [y] *Toet Steen der Waarheid. s. Verhandelinge der Cocceaanse en Cartesiaanse Vraagstukken part. 1. p. 76. seqq.* [z] *Disp. VI. de Anima separ. art. XI.* [a] *Exam. Myst. Calvin. L. II. c. 8.* [b] *Nicol. Hunnius Apostas Rom. Eccles. p. 281. & in tract. quod Ecclesia Romana non sit Christiana c. VII. p. 33. seq.* B. *Dannh. Hodom. Spir. Papæi Phantasm. II. p. 473. sed. & in Anti-Christosoph. p. 657. seq.* Dan. *Maier. in Transenna. Histor. Theol. de Papatu Romanensi per Ethnicismum imprægnato.* Joh. *Valkenier in Roma. paganizante Voetius Dissert. de Gentilismo T. 2. Disp. Select. p. 597.* Henr. *Duysfingius de Consensu Relig. Papisticæ cum Judaismo, Paganismo atque hæresibus variis & c.*

gatorio Pontificiis asserto convenire accurate & erudite ostendit
Forbesius (c).

§. XXI. Ad *Stoas* nunc pervenio, qui etsi de animarum exitu diversimode senserint, dum alii cum *Panetio* mori omnes cum corporibus; alii cum *Chryssippo* non omnes sed stultorum tantum internecioni obnoxias esse; alii cum *Cleanthe* omnes superesse quidem, sed non nisi ad conflagrationem universi putarunt. (d) Præstantiores tamen eorum *Cleanthem* secuti constanter crediderunt, bonis post hanc vitam bene, malis vero male esse. Animas enim sapientum, hoc est eorum, qui rationi convenienter vixissent, dixerunt evolare ad loca Lunæ proxima, atque istic se contemplatione cœlestium oblectare: animas autem insipientium h. e. eorum, qui affectibus morem gesserint, si ex vita antea acta spes appareat, bonæ eas frugis evadere posse, circa terras errare, usque dum melius edoctæ, atque a vitiis purgatæ altius & ipsæ subvolent: at prorsus cœlestes demitti in loca, ubi suorum scelerum condignas luant pœnas, prout sententiam eorum explicat *Gerhardus Johannes Vossius*. (e) Habeo ejus rei testem *Latantium*, (f) ita de Stoicis differentem: *Esse inferos Zenon Stoicus docuit, & sedes piorum ab impiis esse discretas: & illas quidem quietas ac delectabiles incolere Regiones, hos vero luere pœnas, in tenebrosis locis atque in cœni voraginibus horrendis.* Et alio loco (g) ita Stoicorum sententiam exponit: *Animas quidem hominum permanere, nec intervntu mortis in nihilum resolvi, sed eorum, qui justifuerunt puras & impatientes & beatas ad sedem cœlestem, unde illis origo sit remeare, vel in campos quosdam fortunatos rapi, ubi fruuntur miris voluptatibus; impiorum vero, quoniam se malis cupiditatibus inquinaverunt, mediam quandam gerere inter immortalem, mortalemque naturam, & habere aliquid imbecillitatis ex contagione carnis, cujus desiderii ac libidinibus addidit inelutibilem quandam fucum trabant, labemq; terrenam, quæ cum temporis diuturnitate penitus inhererit, ejus natura reddi animas, ut si non extinguibiles in totum, quoniam ex Deo sunt, tamen cruciabiles fiant, per*

E

cor-

[c] *Instruct. Histor. Theol. Libr. XIII. cap. 2. p. m. 667. seqq.* [d] *V. Jacob. Thomasi ad Stoicam mundi Exustionem Dissert. XV. de Stoicæ animar. mortal. §. 3. seq. p. 227. seq.* [e] *de Orig. & Progr. Idol. L. I. c. X. p. 74.* [f], *L. VII. Div. Inst. c. 7.* [g] *l. c. c. 20.*

corporis maculam, quæ peccatis inusta sensum doloris attribuit. Interea si dicendum quod res est, misera animarum etiam Sapientum secundum Stoicos fuit conditio, quippe voluerunt, ut modo dictum, eas non durare, nisi usque ad ἐκπύρωσιν universi, quod liquet ex illis Laërtii (h) verbis: τὴν ψυχὴν μετὰ θάνατον ἐπιμένειν φθαρτὴν δὲ εἶναι animam a morte permanere, attamen tandem corrumpi. Et M. Tullius (i) testatur: Stoici usuram nobis largiuntur tanquam cornicibus, diu mansuras animas ajunt; semper negant. Scilicet animas humanas ex anima mundi, quam DEUM esse putabant (k), ceu fonte quodam derivabant (l); in eundem tanquam primum suum principium aliquando refundendas. Conferatur imprimis Gerhard. Job. Vossius. (l)

§. XXII. Ex quo fonte procul dubio foedissimus Mysticorum quorundam Theologorum error promanavit, qui Beatorum animas ex DEI substantia creatas in ipsam DEI Essentiam assumi opinati sunt. Sane Johannes Ruysborchius (n) notavit jam quosdam sui temporis Pseudo mysticos Doctores, qui ejus essent Sententiæ, ut animas suas ex DEI substantia creatas affirmarent, cumque mortui fuerint, rursus se futuros esse id, quod antea fuerint, perinde ut scyphus aquæ haustus ex fonte, si in ipsum fontem refundatur, idem est, quod fuit prius. Et paucis interjectis ait, eos docere, post extremum Judicii diem omnes omnino homines malos æque ac bonos, & simul Deum ipsum non nisi unam eandemque Dei Essentiam, quæ in omnem aternitatem absque ulla actione semper otio vocatura sit, esse futuros. De Amalrico asserente, omnia esse DEUM, & DEUM esse omnia, item DEUM ideo dici finem omnium, quod omnia reversura sint in ipsum, ut in DEO immutabiliter conquiescant, videri poterit; Thomafius (o) Parum aut fere nihil ab his abfuit Valentinus Weigelius, cum enim Deum post creationem esse Essentiam omnium rerum cum Henr. (†) Moro & Jac. Böhmi (*) putaret (p); Cælum Beatorum modo Voluntatem DEI esse, modo a fidelibus circum-

ferri
 (h) in Zenone. (i) Tuscul. Quæst. 1. (k) V. Thomas. l. c. Diss. XIV. p. 177. (l) apud eund. l. c. p. 249. [m] l. c. p. 75. (n) in Libro de vera Contemplat. citatus Gisberto Voetio c. III. de Exercit. Pietat. p. 85. 86. (o) Dissert. XIV. §. 99. p. 200. & in Schediasm. Histor. p. 59. & 65. (†) literis ad Anonymum part. 2. Kabbal. denudat. adject. (*) Declarat. Sermon. de VI. punctis Sect. 10. (p) Part. 2. Philos. Myst. p. 149. & Libro de Loco Mundi c. 13.

ferri docuit. Dabo integra Weigelii Loca ut de sententia ejus eo
 rectius constare possit: ita autem ille in tractatu de Loco mundi
 (q): Der Wille Gottes ist der Himmel/wer darinnen lebet/der lebet an
 seinen bestimmten Ort. Et alibi (r): der Himmel unser Vaterland/
 das himmlische Jerusalem ist in dieser und in der zukünftigen Welt
 nicht ausser uns/ sondern in uns allezeit. Et iterum (s): Ein ieder
 trägt die Hölle bey sich unter den Verdammten; Also ein ieder trägt
 den Himmel bey sich unter den Heiligen. Denique nec a π̄s damna-
 torum distinctum esse Cœlum Beatorum arbitratur (t), inqviens:
 Es wird seyn eine ewige Weite ohne Ende/ darinnen werden seyn die
 Seeligen und Verdammten/ die Engel und Teuffel/ wie auff einen
 Platz auff einander/oder in einen Saal möchten seyn fröliche und trau-
 rige/ tanzende und weinende.& c. Quo errore fascinatus atqve
 corruptus quoque superioribus in Pomerania Bageminus fuit,
 statuens ipsam Essentiam DEI esse & Cœlum Beatorum, & in-
 fernum damnatorum. (u)

§. XXIII. Quæ profana Mysticorum Theologia nescio quid
 monstrat, & ut verum fatear, haud procul ab Atheismo abesse vi-
 detur. Eo diligentius nunc examinanda, quo plures nostro
 tempore nacta est Basiatores. Ac primo quidem falsum est, ani-
 mas nostras ex ipsa DEI substantia esse creatas. Etsi enim Deus
 in faciem primi hominis spiraverit spiraculum Vitæ; Genes. II, 7. non ta-
 men inspiravit Deus aliquid de sua substantia, quemadmodum
 Stoici animam divinam particulam aureæ dixerunt, quia Dei substantia
 infinita & indivisibilis, unaque cum Gloria Divina communicari
 nequit; V. Es. XLII, 8. neque animæ, si ex ipsa DEI substantia o-
 riginem traherent, peccato coinquinari, aut labi potuissent, &
 quæ plura satis absurda sunt, quæ ex hac Sententia promanant,
 Sed indicatur, per inspirationem hanc communicatam fuisse cum
 anima vivente & rationali imaginem divinam. Non enim inspi-
 rationem vocat Moses ratione actionis a Deo Creatore emanan-
 tis; sed ratione termini, quia creatio fuit rei spiritualis, quæ pro-
 inde וַיִּשְׁפָּרְטָהּ spiraculum Vitæ appellatur, atque ita ab ef-
 fectu sortitur nomen ἐπέργεια, seu operatio ipsa. Confer. B. Calo-

E 2

vius

(q) c. XVII. p. 55. 56. 57. 58. & c. 22. p. 91. [r] c. XVI. p. 53. c. XIX p.
 65. (s) c. 14. p. 48. c. 15. p. 51. c. 16. p. 54. c. 19. p. 66. c. 28. p. 95. (t) c. 14. p. 46.
 it. c. 16. p. 52. (u) U. B. Scherzeri Brev. Hülfem. Enucleat. p. 1101.

vius (x) & *J.H. Heideggerus* (y) Unde etiam illa sententia dudum
 in *Manichæis* & *Priscillianistis*, qui eundem Errorem cum Stoicis
 errarunt (z) damnata est in *Concilio Bracarenfi primo* (a): *Si quis a-*
nimas humanas, vel Angelos ex DEI credit Substantia exstitisse, sicut Ma-
nichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Conferatur quoque
Augustinus (b). Diruto nunc fundamento omne quod superstru-
 ctum sponte dilabitur: Falsum enim est (quod Weigelius vult)
 Voluntatem DEI esse Cælum Beatorum, quippe quod expresse
 a Voluntate DEI distingvitur Ps. CXV, 3. Matth. VI, 10. Falsum
 est, Cælum Beatorum circumferri a fidelibus, cum tam anxie il-
 lud expectent in hac vita; Ebr. XI, 10. Phil. III, 20, Rom. VIII, 23.
 Conf. I. Joh. III, 2, Ebr. IV, 9. & templum Domini civitasque Sancta
 expresse inhabitatoribus contradistingvatur, qui templum illud
 non circumferre, ut in ipsis sit, sed in templo potius esse, illud-
 que inhabitare dicuntur Apoc. VII, 15. cap. XXII, 3. 24. 27. Equi-
 dem Regnum Dei ἐν ὄσ̄ intus s. intra fideles esse dicitur Luc.
 XVII, 21. Sed hoc non de Regno Gloriæ, sed gratiæ intelligitur
 vide vers. 20. & 22. quod Christus per verbum & Sacramenta in
 cordibus fidelium erigit, quod non est de hoc mundo Joh. XVIII,
 36. Regnum vero gloriæ non potest esse intus s. in
 cordibus fidelium, nisi sola spe & firma fiducia Rom. VIII, 24.
 quod vero est contra hypothesin Weigelii. Falsum porro est,
 Cælum Beatorum, & infernum Damnatorum esse unum idem-
 que ὠσ̄, cum inter utrumque χάσμα sit impenetrabile Luc. XVI,
 26. & impii ex Regno Christi collecti, & in ignem projecti Matth.
 XIII, 41. 42. ἔξω extra Civitatem cœlestem existant Apoc. xxii, 15.
 utpote in quam nihil coinquinatum intrabit Apoc. xxi, 27. Mul-
 to minus Divina Essentia potest esse infernus damnatorum, quic-
 quid enim in Deo est, summa est Beatitudo & Gloria. Falsum
 denique est, Electos assumi, aut potius absorberi ab Essen-
 tia divina, ita enim præter Deum nihil amplius existeret, & de a-
 nimabus humanis nihil post mortem esset reliquum, quod est

con-
 (x) *Com in Genes. p. 255.* (y) *Histor. Patriarch. exerc. IV. §. 25. 26.*
27. p. 131. f. (z) *V. Joh. Bapt. Crispus de Ethnicis caute legendis f. 67.*
Lipsius l. 11. Physiol. Stoic. c. 8. p. 134. (a) *Canon. V. ap. Caranz. Summ.*
Concil. p. m. 407. (b) *L. XV. adv. Faustum Manichæum.*

contra omnem Sacram Scripturam. Si dicas refundi in essentiam divinam, atque in essentia illa divina existere; dico, ergo non erit anima humana: si enim pars DEI fuit & in DEUM iterum refunditur, non apparet, quare vel mea, vel tua, vel alterius anima sit dicenda. Nec enim mens humana dici potest, quæ nec hujus, nec illius, nec alterius cujusvis hominis est, sed ad Dei pertinet Essentiam. Quare vesana hæc deliris suis Auctoribus relin-
quimus.

§. XXIV. Sed ne gratia asseruisse hanc suam sententiam Mystici videantur Doctores, provocant ad insignem Pauli locum 1. Cor. XV, 28. ubi fore dicitur ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν ᾧ, in quo reperisse sibi videntur, non quod pueri in faba. Nec adeo nova hæc est objectio, sed jam tempore Augustini fuerunt homines, qui ex hoc loco colligere voluerunt, futuram esse commutationem & conversionem in ipsam Substantiam Creatoris: imo humanam in Christo naturam in Deitatis Substantiam commutatam iri, cum post diem Judicii tradiderit Regnum DEO & Patri. (c) Quin & Gerson & Cornelius a Lapide in h. l. notant Fanaticos, quos Contemplativos appellant, qui ex hoc Pauli axioma docuerunt, quod in Resurrectione omnes homines, omnesque res creatæ rediturae sint ad suum esse ideale & divinum, quod ab æterno habuerint in DEO, adeoque convertendae sint in ipsum Deum. Equidem ingenue fateor, me illud Mysterium, quod in his verbis latet, in hac mortali vita non posse plene sive capere s. exprimere. Quis enim comprehendat, quam magna multitudo dulcedinis in brevi isto sermone comprehensa sit: erit DEUS omnia in omnibus, recte inquit Bernhardus (d) Interim quantum in hac mortalitate de hoc mysterio balbutire licet, emphasin axiomatis Paulini diligenter expendam. Ac initio quidem notandum, dictum illud agere non de statu præcise hominis post mortem, sed de Consummatione Seculi, quando finis erit, & Christus regnum traditurus est DEO Patri suo v. 24. Tunc destructa morte & potestatibus temporalibus Deus erit omnia in omnibus, ut Deus ubique summam dignitatem Majestatemque obtineat, & omnes etiam pii habeant in DEO, quicquid haberi ac desiderari possit. Deinde probe observari velim
(c) Augustinus T. III. L. 1. de Trinit. c. 8. p. 247. (d) Serm. XI. in Cant.

velim singula Apostoli verba. Non simpliciter dicit: Deus erit OMNIA: Si enim ita locutus esset, sequeretur, quod volunt Adversarii: aut Deum in Creaturas; aut has in Deum conversum iri. Sed notanter ait: Deus erit omnia IN OMNIBUS, scilicet electis Dei hominibus & Sanctis Angelis omnino existentibus, Deoque Subjectis v.27. videlicet aperte significans, nos non redigendos in nihilum, ut nihil prorsus præter Deum remaneat, sed nos in nostra Substantia resuscitados, non collecturos particulatim, & quasi emendicatim, quæ sunt nobis ad vitam, & salutem nostram necessaria, ab aliis creaturis mediate, quemadmodum in hoc seculo fieri solet, sed nos habituros omnem nostram Salutem & felicitatem a Deo ipso immediate, ut recte annotavit Brentius (e). Tunc enim non saltem operabitur Deus omnia in omnibus (siquidem & in hac vita operatur omnia in omnibus 1. Cor. XII, 6. Eph. I, 11.) Sed etiam erit omnia in omnibus, h. e. Deus seipso unicuique Beatorum erit vice omnium rerum, homines lætificantium & felicitantium: siquidem omnibus & singulis erit satietas omnimoda. Videbimus enim Eum a facie ad faciem, & saturabimur lumine vultus ejus 1. Cor. XIII, 12 Ps. XVII, 15. Neque enim peregrinabimur amplius a Domino, sed cum ipso semper erimus 2. Cor. V, 6. 1. Thess. IV, 17. erimusque ἰσάγγελοι Luc. XX, 36. Imo erimus ipsi Christo (quem videbimus, sicut est) similes 1. Joh. III, 2. & cum ipso in æterna vita & beatitudine perpetuo regnabimus, 2. Tim. II, 12. Apoc. III, 21. cap. V, 10. Sicut itaque lux Solis totum occupat aerem, ut aer jam non aer, sed lux esse videatur: ita & Deus Lumine Gloriæ ita replebit Beatos, ut quasi Dii videantur. Et sicut ferrum igni unitum ignescit, & splendet, ita ut igneum appareat: ita quoque homines beati (salva semper manente humanæ naturæ substantia, quam tamen Weigelius permanfuram impie negat) Deo Optimo Maximo in Cœlesti curia associati, ipsius amore, gloria & perfectissima fruitione accendentur, ut τῆς Θείας Φύσεως κοινωνοὶ futuri sint 2. Petr. I, 4. corpusque eorum humile transfigurabitur, ut conforme fiat corpori Christi Glorioso Phil. III, 21. Aut quemadmodum Speculum Soli oppositum ita emanantes radios solares recipit, ut quasi novus in speculo appareat Sol: ita gloria divina illustrati Cœlites multo magis tunc, quam in hac vita resecta facie gloriam Domini in seipsis ut in speculo intuebuntur,

(e) in *Recogn. T. VIII, p. 1066.*

buntur, & in eandem imaginem transformabuntur ex gloria in gloriam
2. Cor. III, 18. Confer. Apoc. XXII, 22. 23. Non possum mihi tempe-
rare, quoniam adscribam elegantissima eloquentissimi Herois Lutheri
verba, quae in Commentario suo (e) in h. l. habet. Ita autem ille:
Als denn wird Gott seyn alles in allen/ daß ist/ ein jeglicher
wird an Gott selbst alles haben/ was Er ist an allen Din-
gen hat/ daß wenn Er sich offenbahret / werden wir alle ge-
nung haben an Seel und Leib/ und nicht mehr so mancher-
ley dürffen/ wie wir ist auff Erden müssen haben erstlich
zur Nothdurfft und Erhaltung des Leibes und Lebens/
Vater und Mutter/ Essen und Trincken / Hauß und Hoff/
Kleider und Schuh / darzu Fürsten und Herren / die uns
schützen und Friede schaffen / darnach im geistlichen Regi-
ment Pfarrer und Prediger / die da lehren und Sacra-
ment reichen / trösten in Nöthen / und rathen in Sachen
des Gewissens 2c. Item Sonn und Mond / Feuer und Was-
ser für die ganze Welt. Und wer kan alles erzehlen / was
ein Mensch hier auff Erden allein zu der Leibes Noth haben
muß? Aber dort wird es alles aus seyn / und derselben kei-
nes mehr gelten / sondern werden an Gott so viel haben / daß
kein Essen / kein Tranck oder Malvasier so köstlich ist / noch
so wohl speisen oder träncken kan / als Gott selbst mit einem
Augenblick thun wird / daß du immer starck und frisch / ge-
sund und frölich / dazu heller und schöner seyn wirst / denn
Sonn und Mond / also daß alle Kleider / und gülden Stück
die ein Käyser oder König trägt / lauter Roth seyn wird ge-
gen dem / da wir werden allein von einem Gottlichen Augen-
blick durchleuchtet werden. So werden wir auch keines
Schutzherren / noch einiger Obrigkeit Geldes noch Gutes /
Hauß noch Hoff / noch anderer leiblichen Güter dürffen /
sondern alles an Ihm allein haben. Also auch alle geistliche
Güter /

(e) T. VI. W. G. f. 243.

Güter / ewige Gerechtigkeit / Trost und Freude des Gewissens haben / daß uns niemand mehr wird schrecken / noch irre oder unruhig machen. Summa was wir igt bey allen Creaturen hin und her einzeln und stücklicht müssen nehmen / wiewohl es auch von ihm herkompt / und gegeben wird / dafür werden wir ohne Mittel Ihn allein haben ohn allen Mangel und auffhören. Plura hujus generis Patrum Dicta & elegantissimam Loci hujus explicationem dabunt B. Fewerbornius (g) & B. Andr. Sennertus Academiae hujus Senior quondam meritissimus (h). Conferatur imprimis quoque D. Philippus Nicolai. (i) Nihil ergo praesidii hic inveniunt Mystici Doctores, cum Deus non dicatur fore omnia in nullis, sive omne illud, quod existit; Sed omnia omnibus s. in omnibus Electis, ut ad possidendam aeternam felicitatem & beatitudinem non indigeant amplius ullius Creaturae adminiculo, sed Deus in electis erit omnia, i. e. vice rerum omnium, erit ipse nostra vita, salus, virtus, copia, gloria, honor, pax, omnia bona, finis ac satietas desideriorum nostrorum, ut loquitur Anselmus Cantuariensis in Anglia olim Episcopus. (k) Cujus Beatitudinis magnitudinem etsi plene capere, vel satis exprimere non possimus; nihil tamen vetat cum subtilissimo Scaligero (l) dicere: *Beatitudo est fruitio summi boni. Sed quid est fruitio? Participatio. Quomodo participatur ei, qui fruitur? Non abscedit ab illo illa pars, ut huic communicetur: sed hoc cum illo unum, quo potest modo, fit. Quo potest modo? Potestne finitum unum fieri cum infinito? Non hoc, quo illud infinitum est, sed quo bonum, hoc fruitum fit cum illo unum per similitudinem. Hoc de ea beatitudine, quae in subiecto est, & quae subiectum fit beatum. Fit ergo, quia una fit beatitudo, cum illa beatitudine, quae neque in subiecto illo est, neque ipsa subiectum ullum.*

§. XXV. Non sum oblitus Benedicti de Spinoza, cujus Sententiam jam superius exposuissem, nisi Autor id, quod re vera negat, speciosis asseruisse rationibus videri voluisset. Hic sub eadem

(g) T. V. Disp. Marp. p. 456. seq. in Fast. Exercit. p. 490. sed. (i) Theoria Vitae aeternae. S. Freuden. Spiegel des ewigen Lebens Libr. V. c. 12. (k) Comment. in b. l. (l) Exerc. CCCVII. Sect. 26.

dem larva incautis imponere, Deumque esse Essentiam rerum u-
 niversalem in infinitum extensam mathematice demonstrare
 voluit. In eo enim totus erat Autor, ut in pestilentissimo suo
Opere Posthumo, quod magnum impietatis Atheisticæ mysterium
 continet, & Existentiam divinam, & animarum immortalitatem,
 & præmium pœnasque post hanc vitam plane destrueret. Hinc
 id agendum sibi callidissimus Impostor arbitratus est, ut fictitium
 aliquod, quod nunquam existit. Numen, & chimæricam ani-
 marum immortalitatem excogitaret. Cujus nunc fraudes per-
 niciosas detegere operæ omnino pretium erit. Putat vero Spi-
 noza; *Præter Deum nullam dari neque concipi posse substantiam; &*
quicquid est, in DEO esse, & nihil sine Deo esse, neque concipi posse (m)
Res veroparticulares nihil esse, nisi Dei attributorum affectiones s. modos,
quibus DEI attributa (sive natura ve essentia (n)) certo & determi-
nato modo exprimuntur (o). Hinc in specie, *mentis essentiam nec esse,*
nec concipi posse, scribit, sine Dei cognitione (p). Quod ita alibi (†) de-
 clarat: *Hinc sequitur mentem humanam partem esse infiniti Intellectus*
Dei, ac proinde cum dicimus, mentem humanam hoc vel illud percipere, ni-
hil aliud dicimus, quam quod Deus non quateuus infinitus est, sed quate-
uus per naturam humanæ mentis explicatur, sive quatenus humanæ men-
tis essentiam constituit, hanc vel illam habet Ideam; & cum dicimus,
Deum hanc vel illam Ideam habere, non tantum quatenus naturam huma-
næ mentis constituit, sed quatenus simul cum mente humana alterius rei
etiam habet Ideam, tum dicimus mentem humanam rem ex parte, s. inadæ-
quate percipere. Omnium vero planissime sententiam suam ex-
 plicat in *Epistola ad Henricum Oldenburgium (q):* *Ut de tribus illis ca-*
pitibus, quæ notas, mentem meam Tibi aperiam, dico, & quidem ad pri-
imum, me de Deo & natura sententiam fovere longe diversam ab ea, quam
Neoterici Christiani defendere solent. DEUM enim rerum omnium cau-
sam immanentem, ut ajunt, non vero transeuntem statuo. Omnia, in-
quam, in DEO esse, & in DEO moveri cum Paulo affirmo, & sorte etiam
cum omnibus antiquis Philosophis licet alio modo; & auderem etiam di-
 cere

(m) *Ethic. Posthum. part. 1. propos. XIV. XV. p. 12. (n) Vid. Part. 2.*
Defin. 1. & Propos. 1. in Demonstr. (o) part. 1. propos. 25. coroll. (p) Part.
IV. propos. 37. in demonstr. (†) part. II. propos. XI. in Coroll. p. 50. (q) E-
pist. XXI. p. 449.

cere cum antiquis omnibus Hebraeis, quantum ex quibusdam traditionibus, tametsi multis modis adulteratis, conicere licet. Atque hanc suam doctrinam ad Conclusionem partis secundæ Ethicæ inter cætera ita commendat, quod ex illa homines discant, ex solo Dei nutu agere, divinæque naturæ esse participes. Ex qua porro mentis essentia ejus immortalitatem provenire docet (r): *Mens humana, inquit, non potest cum corpore absolute destrui: sed ejus aliquid remanet, quod æternum est.* Quod ita demonstrat: *In DEO datur necessario conceptus, seu idea, quæ corporis humani essentiam exprimit, quæ propterea aliquid necessario est, quod ad essentiam mentis humanæ pertinet. Sed menti humanæ nullam durationem, quæ tempore desiniri potest, tribuimus, nisi quatenus corporis actualem existentiam, quæ per durationem explicatur, & tempore desiniri potest, exprimit, b. e. ipsi durationem non tribuimus, nisi durante corpore. Cum tamen aliquid nihilominus sit id, quod æterna quadam necessitate per ipsam DEI essentiam concipitur, erit necessario hoc aliquid, quod ad mentis essentiam pertinet, æternum.*

§. XXVI. Hæc est Sententia Spinozæ de Deo, animarumque immortalitate, adeo absurda, ut cum sana ratione nullo modo possit conciliari. Nam quod primum concernit, Deum esse substantiam omnium rerum in infinitum extensam, quid aliud dicit, quam Deum esse Ens aliquod rationis, sive Essentiam abstractam & prædicamentalem, quæ non existit, nisi notionaliter, & in conceptu? prout illud late deduxit, & crassas Spinozæ contradictiones acute & ingeniose ostendit *Petrus Poiret* (s). Si Spinoza voluisset animi sui sensa aperte absque ambagibus profiteri, procul dubio dixisset, se nullum alium agnoscere Deum, nisi substantiæ particularis, sive naturæ ideam aliquam abstractam; sed ne aperto velo atheismum profiteri videretur, & odium superstitionis (ut appellat secus sentientes) vulgi incurreret, hanc substantiam existere confuse dixit sine restrictione. Sed nec sub his figmentis latere potuit Atheus, substantiam enim hanc existentem, quæ divina est, negat esse res particulares, quæ modificata vero est, esse res omnes particulares, quæcunque demum illæ sunt, affirmat. Quæ etsi maxime contradictoria sint, cum essen-

(r) *Part. V. Prop. XXIII. p. 251.* (s) *Cogitat. Rational. de DEO, anima & malo L. III, c. 20. p. 479. seq.*

tia non possit modificari iis modis, quæ sibi ipsi, quæ talis est, repugnant: sequitur tamen exinde, *DEUM Spinoza & rem nullam esse, & esse rem omnem.* Nam primo si substantia illa universalis, quæ est divina, non est hæc & illa, non est homo, non brutum, non ær, non ignis, nec aliud quid particulare, quod existit; sequitur necessario, quod essentia divina universalis actu non existat, & per consequens sit nihil, cum omnis res actu existens sit res particularis & individua. Quod ut eo fortius stringat Adversarium, quæro ex ejus Patronis: Num Deus Spinoza, quæ Deus. & quæ unus est, actu existat? Si negant, palam verbis expressis profitentur Atheismum; si vero affirmant, Ergo substantia universalis, quæ abstractio est, quæ talis, existit realiter & actu. Atqui res, quæ actu existunt, sunt res particulares. Ergo substantia universalis, quæ universalis & abstracta, est res particularis. Quis sanæ mentis, cui hæc non absurdissima videntur? Deinde si Dei essentia, quæ modificata est, complectitur omnes res particulares, Deusque earum causa est non transiens, sed *immanans* (t); sequitur omnes Creaturas esse in Deo, sicut in ipso a nobis concipiuntur DEI decreta, Dei Intellectus, Voluntas &c. quæ omnia tantum modo considerandi differunt a Deo: idem est Voluntas Dei, & Deus volens, intellectus Dei, & Deus intelligens. Sic ergo mens quælibet erit Deus mentem illam efformans, ita rana, mus, lapis, erit ipse Deus, ranam, murem, lapidem efficiens. Quis vero sanæ mentis concipiet, quomodo res a deo distincta, hoc est, quæ non sunt eadem, tamen sint eadem, Deus nempe & res a Deo condita? quis res tota sua natura differentes concipiet ut modos divinæ substantiæ, quæ in sua natura non Dei summam & infinitam perfectionem expriment, sed suam finitam? Si sana mente non insanire, aut ad meridiem plane cæcutire voluisset Spinoza; vidisset procul dubio, individua, quæ præter divinam essentiam dantur, non esse modos divinæ essentiæ, sed effecta Dei; vidisset quoque, eadem individua non esse unam eandemque substantiam, modis tantum distinctum, sed diversas realiter a Deo, & inter se distinctas substantias.

§. XXVII. Absit vero, ut Apostolo Paulo, viro sapientia divina

F 2

(t) per Propos. XVIII. part. 1. p. 19.

vina maxime illustri hoc venisse in mentem statuamus quod vult Spinoza, quando Actor. XVII. 28. de Deo inquit: *In ipso vivimus, & movemur, & sumus, sicut & quidam vestrorum Poëtarum dixerunt: nam hujus progenies etiam sumus.* Egerat ibi Apostolus cum Idololatriis, & Epicuræis, qui Deum cælum inhabitare, nihilque quod in terris accidit, curare putarunt. Hos ut convinceret, provocat ad universalem Dei omnipræsentiā, & concursum generalem; Deum *non longe abesse* ab hominibus, sed ita sese præsentem manifestasse, ut vel *palpando eum invenire possent.* Conf. Jerem. XXIII, 23. Ps. CXXXIX, 8. seqq. 1. Reg. VIII, 27. Cumque omnipræsentiā illa divina nunquam otiosa sit, sed stylo Biblico operationem simul divinam tanquam formale includat (u); igitur ad illam divinam operationem quoque provocat Apostolus, ut ex illa, tanquam infallibili documento, ad adessentiā divini numinis concluderent Athenienses; illum non abesse ab unoquoque nostrum, sed ita esse præsentem, ut totus sit in omnibus creaturis, & totus etiam extra omnes creaturas, absque omni tamen confusione & permixtione essentiarum: In ipso enim omnes creaturæ *sunt & consistunt*, tanquam in esse suo & operari ab eo dependentes. Conf. Col. I, 17. Quod sane non potest intelligi hoc sensu, quasi sic simus in Deo, uti intellectio divina est in ipso, sic enim essemus ipse Deus omnibus rebus præsens, ad omnia immediate concurrens, & conservans; a quo tamen nos Apostolus ubivis docet distinctos. Sed *ἐν αὐτῷ* apud Paulum idem est, quod *per ipsum*, quo sensu particulam *ἐν*, perinde ut Hebræorum Δ sæpissime accipi, & de causa efficiente debere intelligi nemini potest esse ignotum. Sic Luc. IV, 1. *Jesus actus est ἐν τῷ πνεύματι in Spiritu in desertum* hoc est *ὑπὸ τῷ πνεύματι* a Spiritu Matth. IV, 1. Et *ἐν αὐτῷ in ipso condita esse omnia perhibentur* Col. I, 16. id est *δι' αὐτῶν* vers. eod. & Joh. I, 3, Conf. Ebr. I, 1. Certum quoque est exploratumque, id dici a Paulo, quod Poeta Aratus, dixit: At dixit ille, *τῶν γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν.*

(u) V. B. Menzerus Oper. T. II. p. 1258. 1327. 1380. 1464. 1502. Fewerbornius Fasc. I. Disp. 2. p. 55. seqq. $\Xi\upsilon\iota\alpha\gamma\mu\alpha\Phi$. Theolog. Dissert. VII, th. 53. p. 128. seqq. $\text{Κενωσιγῆ. Χριστολ. Sect. VII. p. 9. seqq. T. V. Disp. Marpurg. Disp. XXIII. p. 344. seqq. Theologi Saxon. in solita Decis. p. 2. seq. & in Apolog. p. 299. seqq. Hülfem. Oper. Posthum. p. 22.$

ἔσμεν. Ubi *Clemens Alexandrinus* (x) addit *ὁιον δημιουργία*, nempe, creatione, quia Pater noster a quo vitam & omnia bona accipimus, a quo genus nostrum sive familiam & stirpem deducimus, ut recte annotavit *Johannes Calvinus*: (y) inqviens: *Ex Arato citat Paulus, nos esse Dei progeniem, quia tanta prestantia nos exornans, se Patrem nobis esse testatus est, sicuti etiam ex communi sensu, & quasi dictante Experientia profani Poeta eum vocarunt hominem Patrem. Merito itaque approbanda Explicatio, quam habet Glossa interlinearis: In ipso vivimus utraque vita & movemur utroque motu, scilicet motu membrorum & discursu locorum, & sumus corporaliter s. spiritualiter. Et glossa ordinaria: quod si opus hoc suis rebus subtraxerit, nec vivemus, nec movebimur, nec erimus in his, quae creavit, ostenditur indefinenter operari. Nec minus eleganter hac de re ita scribit *Arnobius* (z): Nunc quod incedimus, quod spiramus & vivimus, ab eo ad nos venit, vique ipsa vivendi efficit nos esse, & animali agitatione motari. Et iterum (a) An ulla est Religio verior, officiosior, potentior, justior, quam Deum principem nosse, scire Deo Principi supplicare, a quo omnia terrena, cunctaque caelestia animantur, motu irriganturque vitali, & qui si non esset, nulla profecto esset, quae aliquod nomen, substantiamque portaret. Conf. Dn, *Johannes Faustus*. (b)*

§. XXVIII. Nihil igitur est in allegato loco, quod causam Spinozae ullo modo juvare posset: neque video, quomodo suam hanc doctrinam commendare possit, quod ex hac homines discant, *divinae naturae esse participes*, procul dubio respiciens ad illustre Petri Testimonium 2. Epist. l. 4. Nam primo dictum illud *promissionem gratiae specialem* solis credentibus propriam v. i. 3. coll. 2. Cor. XIII, 5. continet, atque adeo ad *communem naturae ordinem*, quo omnes homines, imo omnes res etiam inanimatae attributa & modi divinae essentiae esse dicuntur, trahi neutiquam potest. Conf. quae de differentia praesentiae generalis & gratiosae differunt *B. Fewrbornius* (c) & *Scherzerus* (d). Deinde *νοητικὴ ἰσότης* illa *θείας φύσεως* non consistit in *ἰσότητι*, s. Identitate Essentiae, prout contra *Weigelia-*

F 3

(x) L. V. Strom. (y) L. 1. Instit. c. 25. (z) L. 1. adv. Gentes. (a) L. II. (b) in erudit ad hunc locum Dissert. de divina motione Argent. 1664. habit. (c) T. V. Disp. Marp. Disp. 25. Κερωσ. Sect. II. p. 144. Sect. VII. c. 4. p. 79. a. (d). Brev. Hülfem. Eucleat. p. 146. seqq.

lianos & Schwenkfeldianos dudum demonstratum est a Nostratibus
 (e); sed infert singularem divinæ essentia approximationem, e-
 jusque ad essentiam hominis realem & arctissimam, impermixti-
 bilem tamen, illocalem & incircumscriptivam conjunctionem,
 qua fit, ut Deus habiter in Cordibus fidelium Joh. XIV, 23. Eph. III,
 17. Rom. VIII, 9. 11. 2. Cor. VI. 16. & in ipsis vivat Gal. II, 20. ut facta
 spirituali communicatione, Deus familiariter & constanter præ-
 sens sancta operetur. Fideles autem Domino conglutinati 1. Cor.
 VI, 17. & membra ejus facti 1. Cor. VI, 19. Eph. V, 30. per mutuam im-
 manentiam, vivificæ facultatis & omnium Christi beneficiorum
 participes facti Eph. I, 18. 19. c. III. 18. 19. de præsentissima gratia, a-
 moreque paterno, & subsecutura gloria certiores reddantur.
 Rom. VIII, 9. 16. Eph. I, 13. 14. *Magnum vero hoc est mysterium Eph. V,*
30. atque adeo non mirum, illud ab excæcata Spinozæ mente com-
prehendi non posse, utpote cui mysteria mera sunt somnia, super-
stitiones & absurda. (f). Atque illa ipsa substantiarum divinæ & hu-
 manæ unio mystica tam absurda videbitur Spinozæ, quam si quis di-
 cat, quod circulus naturam quadrati induerit, (quemadmodum blas-
 pheme ita de Incarnatione Christi, & unione personali loquitur
 (g)), in primis cum Juxta hypotheses Cartesianorum, quas tanti
 semper fecit Autor, unio illa personalis & mystica parum aut ni-
 hil differant, prout ostendit *Magnif. Dn. Schomerus. (h)*

§. XXIX. Quemadmodum vero Spinoza fictitium finxit
 Deum, ita chimæricam plane animarum immortalitatem excogi-
 tavit, eo usque in Atheismo consummatus & obfirmatus, ut rea-
 lem & actualem animæ immortalitatem plane neget ac tollat, nul-
 lamque aliam agnoscat, quam quod essentia mentis idea adhuc
 existat idealiter & immutabiliter comprehensa sub idea cogita-
 tionis in genere, vel naturæ abstracte, quæ Deus est Spinozæ: ita
 ut concepto Deo Spinozæ in ejusmodi conceptu involvatur fun-
 damentum & essentia ideæ mentis humanæ. Hinc notanter di-
 cit, non ipsam mentem humanam, sed *aliquid* de mente humana
 manere quod est æternum. Et ne quis de eo dubitet, ordine nunc

singula

(e) *V. quos citat B. Qvensted. System. part. III. p. 632. (f) V. Tract.*
Theol. Polit. c. III. & XIII. (g) Epist. XXII. p. 451. (h) De different. union.
Person. & myst. §. V.

singula in Demonstratione videbimus: *In Deo* inquit, *datur necessario conceptus seu Idea* (vides, quomodo non ad actuale esse mentis, sed ad ideale essentiae, & quidem in Deo recurrat) *quae corporis humani essentiam exprimit, quae propterea aliquid necessario est, quod ad essentiam mentis humanae pertinet, provocans ad propositionem decimam tertiam partis secunda.* Non disquiram de veritate illius Propositionis; illud autem observari velim, in allegata Propositione statui a Spinoza, mentem humanam constitui per suam ideam, cujus objectum est corpus actu existens, & nihil aliud. Ex quo jam consequitur, mentem humanam nihil aliud esse, quam ideam corporis humani actu existentis. Quod si ista mens est aeterna, aeterna etiam est idea corporis actu existentis, quae cum non sit falsa ex illius mente: Ergo etiam corpus humanum ab aeterno existit, & per consequens si mens humana in aeternum manet, etiam corpus humanum actu in aeternum existit, neque unquam destruitur, quod est absurdum. Aut vice versa, corpore humano non amplius actu existente, interibit ipsa Idea corporis actu existentis, sive ipsa mens humana, imprimis cum cognitio sive idea Spinozae nihil aliud sit, quam *ipsum illud corpus sub attributo cogitationis consideratum: quia corpus & mens unum & idem sunt individuum, quod jam sub extensionis, jam sub cogitationis attributo cognoscitur.* Et quod idea, quae mentis existentiam constituit, corporis existentiam tam diu involvit, quam diu ipsum corpus existit: & quod praesens nostrae mentis existentia ab hoc solum pender, quod mens actualem corporis praesentiam involvit. (i) Quando vero pergit in Demonstratione Spinoza: *Sed menti humanae nullam durationem, quae tempore definiri potest, tribuimus, nisi quatenus corporis actualem existentiam (quae per durationem explicatur, & tempore definiri potest) exprimit; hoc est, ipsi durationem non tribuimus, nisi durante corpore.* Eo ipso aperte profitetur (i) se nullam credere animarum immortalitatem, hoc enim dicere vult: Mentis humanae idea non existit actu in rerum natura & tempore, sed incipit actu & in tempore, dum incipit corpus humanum existere: eademque quatenus existit actu & in tempore, & perseverat existere, non perseve-

(i) V. Lamb. Velthuyfii *Tract. de Cultu Naturali*. C. 1. Oper. T. II. p. 1390.

severat nec continuat existere, nisi durante corpore, quo soluto non amplius durat nec existit. Quod ne contra sententiam ejus quis dictum putet, provoco ad ea; quæ alibi (k) habet, ubi ita se ipsum explicat: *Quamdiu res singulares non existunt, nisi quatenus in Dei attributis comprehenduntur, earum esse objectivum, sive idea non existunt, nisi quatenus infinita Dei idea existit, & ubi res singulares dicuntur existere, non tantum quatenus in Dei attributis comprehenduntur, sed quatenus etiam durare dicuntur, earum idea etiam existentiam, per quam durare dicuntur, involvent.* Ergo quod non existit nisi Idea in Deo non existit actu & singulariter in esse, nec durat, & vicissim. Quod fatente Spinoza humanæ menti accidit, quæ non durat, nisi durante corpore. Hinc subjungit: *Cum tamen aliquid nihilominus sit, quod æternæ quadam necessitate per ipsam Dei essentiam concipitur erit necessario hoc aliquid quod ad mentis essentiam pertinet æternum.* Quod ita in Scholio declarat: *Est, uti diximus, hæc Idea, quæ Corporis essentiam sub specie æternitatis exprimit, certus cogitandi modus, qui ad mentis essentiam pertinet, quiqve necessario æternus est &c.* Ubi id imprimis ad detegendas ejus fraudes notabile est, quod statuat, existentiam immortalem mentis post corporis dissolutionem esse ejusdem naturæ & generis, cum mentis existentia, quæ gaudebat illa antequam corpus suum existeret, quem modum existendi æternum hic appellat: atqui ante corpus anima s. mens hæc, illa, ista quæ demum productæ sunt, non existerant actualiter, sed saltem eatenus, quatenus erant idea cogitationis humanæ comprehensa sub universali illa & abstracta idea cogitationis genericæ, quæ est attributum substantiæ universalis, sive naturæ abstractæ, Dei Spinozæ. Ergo & post corpus solutum mens eodem modo existet, & nullo alio. Hoc est, quod dicit, *mentem nostram Corporis existentiam sub æternitatis specie concipere* quod uti se alibi (l) explicat, nihil aliud est, quam mentem nostram habere ideam corporis, ut & aliarum quarumvis rerum, quæ omnes res concipit objective ab æterno in Dei mente fuisse. Sed quid quæso hoc facit ad æternitatem mentis probandam, cum hic non de existentia objectiva & ideali, sed reali & actuali sermo sit. Ita fucum vendit Spinoza, & mille formas induit,

(k) Coroll. propos. VIII. part. 2. (l) propos. XXII. part. V. propos. XXIX. & in Scholio & propos. XXX.

induit, ut id quod verbis affirmat, hypothefibus suis & Demonstrationibus destruat. Unde etiam expresse afferit (m): *Mens nihil imaginari potest, neque rerum prateritarum recordari, nisi durante corpore.* Quod si vero hoc, quid amplius de mente, quæ ipsi idea s. modus cogitandi est, post mortem remanet, nisi talis existentia idealis, quæ revera Bucephalo & asinæ Bileami, cujus ideæ adhuc supersunt, competere quoque potest. Conf. Petrus Poiret (†) Christophorus Wittichius (n) & Jo. Eberh. Schwelingsius (o).

§. XXX. Dudum Atheismum hic observarunt Viri & Eruditi & ratione pollentes, qui propterea bene Spinozæ objecerunt, illum nullam mentionem in scriptis suis facere usus precum, quemadmodum nec vitæ & mortis, neque cujusquam remunerationis aut pœnæ, quibus a Judice universi afficiendi sunt homines: idque fecisse Autorem congruenter suis principiis. Nam quis locus esse potest Judicio extremo? aut quæ expectatio præmii, aut pœnæ, quando omnia fato adscribuntur, & inevitabili necessitate omnia a DEO emanare statuitur, vel potius, quando totum hoc universum Deum est statuit. (p): Ad quod cum respondere vellet Spinoza, ita inquit (q): Pergit deinde: ut superstitioni culpam vitaret omnem mihi videtur exuisse Religionem. Quid ille per religionem, quidque per superstitionem intelligat, nescio. An quæso ille omnem Religionem exiit, qui Deum summum bonum agnoscendum statuit, eundemque libero animo, ut talem amandum? & quod in hoc solo nostra summa felicitas, summaque libertas consistit? porro quod præmium virtutis sit ipsa virtus, stultitiæ autem & impotentia supplicium sit ipsa stultitiæ? & denique quod unusquisque proximum suum amare debet, & mandatis summæ potestatis obedire? Atque hæc non tantum expresse dixi, sed firmissimis insuper rationibus demonstravi. Verum videre puto, quo in luto hic homo hæreat. Nihil scilicet in ipsa virtute & intellectu reperit, quod ipsum delectet, & mallet ex impulsu suorum affectuum vivere, nisi hoc unum obstaret, quod pœnam timet. A malis igitur actionibus, ut servus invitus & fluctuante animo abstinet, & divina mandata exsequitur, & pro hoc servitio muneribus, ipso divino amore longe suavioribus a Deo honorari expectat, scilicet, & eo magis, quo magis bonum, quod agit adversatur, & invitus facit; atque hinc fit, ut

(m) part. V. propos. XXI. (†) l. c. L. III. c. XXV. p. 524. seq. (n) in Anti-Spinoza Exam. Prop. XXIII. part. V. p. 316. seq. (o) Mens Immortalis evidenter certo contra Atheos Scepticosque demonstrata Bremæ 1683. (p) V. Epist. XLVIII. p. 541. (q) Epist. XLIX. p. 554.

omnes qui hoc metū non retinentur, effrenatos vivere, omnemque religio-
nem exuere credat. Quis vero tam obesa naris est, cui Atheismus
hic non suboleat, cum omnem beatitudinem ad hanc vitam re-
stringat, neque ullum aliquod superesse post hanc vitam homini
pio præmium credat, id quod haud obscure alibi sæpius in scri-
ptis suis inculcat (r). Unde non tantum non veritus est, expresse
scribere: *Inferorum metum unicam esse superstitionis causam* (s); Sed
etiam summam beatitudinem & gloriam in amore & cognitione
Dei in hac vita unice consistere asserit. Imprimis notatu dignus
locus est, quem in appendice ad partem quartam Ethicæ (t) habet,
ubi sic inquit: *In vita itaque apprime utile est, intellectum seu rationem
quantum possumus perficere, & in hoc uno summa hominis felicitas seu bea-
tudo consistit; quippe beatitudo nihil aliud est, quam ipsa animi acquie-
scentia, quæ ex Dei intuitiva cognitione oritur &c.* Atqui in hac vita
nulla datur, aut dari potest perfecta animi acquiescentia; neque
hic Deum intuitive cognoscere possumus, sed hæc cognitio ad
alteram vitam spectat. 1. Cor. XIII, 9. 10, 12. ubi summa erit animi
acquiescentia ex intima & perfectissima Dei fruitione promanas,
quando intellectus Deum perfecte cognoscet, & voluntas inten-
sissime amabit, eoque æternum delectabitur. At hanc cœlestem
doctrinam susque deque habens Spinoza, nescio quamnam sum-
mam sibi in hac vita svaviter fingit beatitudinem, quæ intellectus
speculationibus suis philosophicis idealem sibi Deum fingit, &
voluntas Deum semper amat, qui amor tamen idem est, cum a-
more Dei erga hominem. Ut adeo beatitudo Spinozæ nihil aliud
sit, quam cerebri sui phantasma, & idea quædam, & cognitio de
idea universali, quæ nunquam existit, nisi in idea intellectus sui.
Maneas igitur in tua beatitudine, & cœlo prædicamentali, ubi
genus summum substantiæ, Deus Tuus, te æternum sub se com-
prehendet, ea tamen lege, ut post mortem tuam nihil de te super-
sit, nisi idea generalis in idea naturæ abstractæ comprehensa,
atque sic te ipsum consolator, & tibi de beatitudine tua gratula-
tor. Felix si hoc pacto tantum superesses, sed vereor, ne factus
experiaris, quod Deus minatus est: *vermis eorum non morietur, &
ignis eorum non extinguetur*, Es, LXVI, 24, *eo die quæres mortem, sed*
non

(r) V. Tract. Theol. Polit. cap. XIV. p. 164. Ethic. Posthum. Part. V.
propof. XXXVI. in schol. p. 256. propof. XLI. in schol. p. 263. & propof. XLII.
(s) Ep. st. LXXIV. p. 614. (t) cap. IV. p. 223.

non invenies eam : & desiderabis mori, sed fugiet mors a te Apoc. IX, 8.
Nam fumus cruciatus tui ascendet in secula seculorum cap. XIV, 11.

§. XXXI. Exposui hactenus multa ex Gentilium placitis in suum derivasse fundum Recentiores, dum vel animas circumrotari & revolvi, vel in stellas recipi; vel in essentiam divinam assumi, aut potius absorberi docuerunt. Restat, ut quid porro superstitionis Gentilis de Campis Elysiis, fortunatis insulis, & aliis hujus generis commentis in Ecclesiam Christianam introductum est, breviter persequar. Prætermittam vero lubens aniles Judæorum æq; ac Muhammedanorū de Paradiso terrestri fabulas, horum enim corporales & carnales deliciae facile nauseam procreare homini Christiano possunt, utut iisdem maxime delectetur *Sophronius Kozack.* (u) Legat qui velit hac de re *Buxtorffium* (x), *Helvicum* (y), *Pokokium* (z) *Salomonem Sweigerum* (a), *Job. Forbestium* (b), *Hornbeeckium* (c), *Gerbardum* (d), *Dannhaverum* (e) aliosqve. Non ignoro Saracenos ab *Avicenna* (f) ita excusari: *Sermones Alcorani fuisse metaphoricos, quod non potuerint exprimi honeste voluptates alterius vite, præsertim rudibus hominibus, nisi vocabulis delectationum vulgariū, quæ in hoc mundo percipiunt.* Verum an assensum mereatur, *Avicenna*, omnino dubito, præsertim, cum non una suppetat ratio, quæ persuadere animun possit, impurissimum hunc Impostorem summum bonum in deliciis & voluptatibus corporalibus collocasse. Præterea ea, quæ de Paradiso docuit non sensu metaphorico ab Interpretibus, sed proprio accipi, & ab hodiernis etiam Muhammedanis credi constat. V. Dn. *Job. Adam. Oslander* (g) & *B. Kromayerus* (h)

§. XXXII. Ad Pontificios me confero, qui Gentili superstitione fascinati, dei Cælo Beatorum, quod *Empyreum* vocant, ejusque situ, locatione & qualitatibus operose disputant, & mere carnalibus speculationibus indulgentes, suavissima sibi somnia fingunt.

G 2

Sic

(u) in *Physica Mosaica.* (x) *Synagog. Jud. c. XXXVI. p. 511. utut eosd. maxime hic discordes observet. c. XLIX.* (y) *Elench. Judæor. III. c. 2.* (z) in notis ad *Portam Mosis c. VII* (a) in *Alcorano noviter edito L. 1. c. 13. p. 70. seqq.* (b) *Instruct. Histor. Theol. L. IV. c. XI, p. m. 195. seq.* (c) *Summ. Controvers. L. III. p. m. 160. seq.* (d) *L. de vita æterna §. 156. 157* (e) *De Ecclesia Muhammedana p. 58.* (f) in *Metaphysica.* (g) *Theol. Posit. Exercit. IX. p. 170.* (h) in *Scrutin. Relig. Disp. III. p. 46. seq.*

Sic Chassaneus (i) duodecim principales sedes in Paradiso statuit, videlicet sedes ipsius Trinitatis & Deitatis, sedes Filii respectu humanitatis, sedes B. Mariae Virginis, & novem aliae sedes novem ordinum. Cum quo consentit Bonaventura (k): In Empyreo Christus ceteros excellit tam Angelos, quam homines, & loco & dignitate. Post ipsum credimus B. Virginem super alios omnes. Deinde ceteri ordinantur secundum dignitatem ipsorum. Hujus autem imaginatio facile potest haberi, si quis imagineatur aves in aere, & pisces in aqua: Sic in Empyreo intelligenda sunt collocari corpora: quia corpus illud multum habet de altitudine, sicut & alii caeli. Unde non debet quis imaginari, quod ibi sint beati, sicut in solario: nec tamen intelligendum est, quod unus sit directe super caput alterius; sed sicut, si esset mons rotundus, & aliquis esset in culmine, & aliqui circumcirca: sic potest aliquis imaginari (qui melius nescit) dispositionem beatorum in caelo Empyreo & Christi. Imo Bernhardinus pro sua confidentia choreas & saltationes in caelo Empyreo asserit (l), & paria fere habet Barradius (m). Ut aliorum nunc testimonia & descriptiones fisco quod ajunt pede praeteream; placet audire, quomodo celeberrimus Jesuitarum Athanasius Kircherus Coelum Empyræum graphice describat, quasi nudius tertius ex eodem redux factus, omnia diligentissime oculis lustrasset. Ita autem ille in *Itinere Ecstatico* (i): Coelum hoc cum tantæ excellentiæ & supereminentissimæ dignitatis sit, ut humanæ mentis vis & efficacia eam non dicam explicare, sed ne animo quidem concipere, multo minus imaginatione apprehendere possit; non opus est illud variis rationum momentis exponere. Illud Dei domum, Coelum Cæli, Thronum Excelsi, Tabernaculum Dei cum hominibus (uti id *Aquila Evangelica* describit) esse sufficit. Esse tamen partem mundi constitutivam, nulli dubium esse debet; cum illud non sit extra mundum, sed intra illum, veluti claustrum totius constitutivum. Unde sequitur, illud vere & proprie corporeum esse, cum sit corporis Christi & Beatæ matris ejus, omniumque Beatorum locus, ad quem, post pie & sancte transactos vitæ mortalis dies transmigrantes recipiuntur: Est enim locus nihil aliud, nisi superficies corporis locati; locus autem dici minime posset, si, uti nonnulli perperam crediderunt, spiritualis substantiæ foret; nec mundi corporei constitutiva pars esse posset, Empyreum vero dicitur, seu, quod idem est, igneum, quod luce summa, & su-

(i) part. 3. præfat. catal. glor. mundi considerat. 1. (k) in Libr. 2. Sentent. dist. 2. (l) apud Brentium T. VIII. Oper. p. 890. & Jac. Martini part. 2. contra Becan. p. 67. (m) L. X. Comment. in Concord. Evang. cap. 3. n) *Itinerar. I. Dialog. 2. c. VIII. p. 428. 429.*

supra omnia mundi corpora fulgidiori luceat, quæ tamen nec cæcitatem suis incolis, nec molestiam afferat ullam; quin potius ob inestimabilem pulchritudinem, letitia inconceptibili, suavitate inenarrabili Beatorum oculos afficiat. Quæ in subsequentiis de materia & forma, figura, quantitate, & reliquis disputat; prolixiora sunt, quam hic adscribi possunt. Conferatur quoque *Redemptus Baranza* (o) & *Spondanus* (†). Sed hæc usque adeo conficta & fabulosa sunt, ut ipsis Cordatioribus Pontificiorum aut bilem, aut risum moverint: ingenua sane est confessio *Dionysii Petavii* (*): *Quod ad Cælum illud omnium supremum neque sub aspectum cadens attinet, minime id quidem inficiari licet, esse beatum quoddam ac cæleste supra omnia Domicilium, Angelis & sanctis omnibus attributum; sed cuiusmodi sit, non nisi conjecturis & humanis commentis asseritur.* S. Thomas de hoc cælo non aliter constare dicit, quam ex *Strabi*, & *Beda* auctoritate, tum etiam *Basilii*. Sed multo plures ejusdem meminere; nec tamen *Empyreum* nominant, quæ nihili vox est, ac barbara, neque enim ἔμπερος dicitur, ut sit igneus, sed ἔμωρον.

§. XXXIII. Nihilo tamen his meliores sunt *Calviniani*, qui cælum Beatorum proprie sic dictum locum, supra hos aspectabiles cælos situm, primoque hexaemeri die creatum existimant. In quam sententiam plurimos ex *Calvinianis* Auctores allegavit. *B. Giessenius* (††) & *Qvenstedius* (**). Quibus ex recentioribus addatur *Gisbertus Voetius* (p), *Wendelinus* (q), *Fridericus Spanhemius Filius* (r), *Coccejus* (s) *Franciscus Burmannus* (t), & *Theophilus Galeus* (u), qui in eo operosus est, ut consensum etiam *Gentilium* hic afferat, & *Platonem* cælum quoque *Empyreum* asseruisse evincat. Etsi vero cælum Beatorum in *Scripturis Sacris* variis nominibus efferri soleat, dum sæpius dicitur *domicilium*, 2. Cor. V, 1. 2. Ebr. IX, 11. locus Joh. XIV, 2. 3. *Domus* ibid. *Paradisus* Luc. XXIII, 43. 2. Cor. XII, 4. *Apoc.* II, 7. *Sinus Abrahæ* Luc. XVI, 12. *Regio viventium* Psal. CXVI, 9. *Templum & tabernaculum* Luc. XVI, 9. *Apoc.* III, 12. cap. XXI, 3. *Civitas* *Apoc.* III, 12. c. XXI, 2. 10. Ebr. XI, 10. 19. *Cælum*

G 3

ter-

(o) in *Uranoscop.* p. 31. seq. & part. 2. p. 1. (†) in *Annal. A. M.* 1. n. 9. p. 3. (*) de *Dogmat. Theol.* T. III. L. 1. c. 2. n. 8. (††) de *Calvinismo fugiendo* part. II. p. 76. (**) *System.* part. 1. p. 439. 440. (p) de *Cælo Beatorum* libro. (q) in *Physic. Sect.* III. c. 9. & in *Exercitat.* p. 299. (r) *Vindic. Bibl. Loc.* XXVIII. part. 1. p. 221. (s) *Syntagm. Theol.* L. III. c. 16. (t) *Synopsi Theol.* T. 1. L. 1. c. 42. §. 22. p. 290. (u) *Philosoph. General.* L. III. c. 2. *Sect.* 3. p. 227. seqq.

tertiam 2. Cor. xii, 2. & quæ sunt plures appellationes similes; unde nonnunquam etiam *sursum esse* perhibetur Col. iii, 2. Prov. xv, 24. Hæc tamen non de *locali situatione* proprie, sed metaphorice de *dignitate & excellentia* dici in propatulo est; nisi cum Muhammedanis mensas, concubitus & convivia satis inepte fingere velis. Neque subest ratio, cur Calviniani hic τὸ πρῶτον Scripturæ adeo preesse urgeant, cum in aliis locis classicis & summis fidei mysteriis sensum literalem turpiter deserere nulli erubescant. Ratio vero cur in describendo Dei & beatorum cælo iis appellationibus Scriptura utatur, in promptu est: nimirum ut captui nostro se Deus accommodet, nosque in istis corporalibus rebus, tanquam in ænigmate aliquo modo videamus, & intelligamus Regni illius gloriam, quæ efferri humana lingua, & percipi ratione non potest 2. Cor. xii, 4. Sicut ergo Prophetæ in descriptione Regni Messia in N. T. utuntur vocabulis ex medio Mosaicarum ceremoniarum usu desumptis; nec tamen inde concludere licet, ritus istos Mosaicos in Novo Testamento duraturos: ita ex omnibus Loci, Domicilii, Tabernaculi, quæ ex communi vitæ hujus usu deprompta sunt, inferri non potest, Cælum esse proprie locum, Domicilium, Tabernaculum. Dicuntur enim ista per similitudinem, quæ quidem in Scripturis passim ita perspicue explicatur, ut mirandum sit, esse homines, qui pertinaciter contradicant. Produco clarissimum Pauli Locum ex 2. Cor. V, 1. ubi inquit apostolus: *Scimus, si terrestris hujus domus nostra tabernaculum dissolutum fuerit, ædificium ex Deo habituros, domicilium videlicet non manu factum æternum in cælis.* Quo in loco tabernaculum æternum, tabernaculo terrestri opponitur; sed quemadmodum hoc metaphorice structuram corporis humani, quod anima tanquam tabernaculum & domum inhabitat, designat; ita etiam illud non nisi sensu metaphorico & improprie accipiendum esse, in aprico positum est. Accedit quod expresse & maxime emphatice dicatur ædificium ἀχειροποίητον, & quidem æternum, non solum ratione durationis sed etiam originis Matth. XXV, 34. Quod vero ita est ἀχειροποίητον, ut sit æternum, illud certus & proprie sic dictus locus in sextiduo Mosaico creatus esse neuiquam potest, quippe cæli omnes in sextiduo Mosaico creati confluentes solventur 2. Petr. III, 10. 12. Deinde in confesso utrinque est, animas post migrationem a corpore

pore, ad Dominum ire habitatum 2. Cor. V, 8. scilicet in locum
quem Christus ascensione sua illis paraverat Joh. XIV, 2. 3. At
Christus non ascendit in cœlum tertium, quod fingunt Calvinia-
ni, sed ascendit *longe supra omnes cœlos, ut impleret omnia Eph. IV, 10.*
quem locum egregie explicavit B. Fewrbornius (x).

§. XXXIV. Antequam hinc abeam, & ad explicationem ve-
ræ sententiæ de receptaculo & π̄s animarum separatarum me ac-
cingam; notandi & illi mihi merito sunt, qui animas a corporibus
separatas non videre DEUM, aut plena frui beatitudine, sed as-
servari potius in custodia quasi, aut certo loco, qui distinctus sit
ab ipso Dei π̄s, ibique quiescere otiose, & redunionem cum cor-
poribus patienter expectare asserunt. Etsi enim horum quidam
ψυχοδοχείον illud, *Paradisum*, alii *sinum Abrahæ*, alii *locum refrigerii*,
alii aliter appellare soleant; omnes tamen in eo unanimiter con-
spirant, ut locum istum non gaudii æterni capacem, sed talem
asserant, qui custodiæ potius, quam cœnaculi nuptialis similis sit.
Id quod simili quodam a structura templi Hierosolymitani de-
sumpto declarare solent. Sicut enim illud primo atrium, dein-
de sanctum, & denique sanctum sanctorum continebat: Ita Ec-
clesiam in his terris militantem in *atrio* quasi sacerdotum & po-
puli expectantem stare; Spiritus vero Justorum *sanctum* esse in-
gressos Ebr. XII, 22. Apoc. V, 8. c. VI, 9. c. VII, 15. c. VIII, 3. 4. In *san-*
ctum denique *sanctorum* solum sacerdotem Novi Testamenti
Christum penetrasse Ebr. IX, 24. c. X, 20. docent & affirmant. Cui
opinionem plurimi ex priscorum PATRUM subscripserunt choro,
quorum sententias prolixè recenset *Sixtus Senensis* (y); *Gerh. J. Vos-*
sius (z), *Dallaus*, (a) *Molineus* (b), *Comarinus* (c), *Montacutius* (d), *Ray-*
noldus (e). E nostris J. *Gerhard.* (f) & J. H. *Ursinus* (g) (qui huic senten-
tiæ quoque faventior videtur.) Ut in illorum dictariis nonnulla
partim supposititia, partim ambigua, & quæ commodiorè explica-
tio-

(x) T. VII. Disput. Giess. Disp. XXIII. p. 575. seq. Conf. Disp. XIII.
p. 210. 230. seq. (y) L. VI. Biblioth. annot. 345 p. 714. (z) de statu animæ
separ. Thes. Theol. p. 90. seq. 94. seq. (a) de Usu Patrum L. II, c. 4. (b) L.
VII. Respons. ad Cardin. Perron. c. 20. (c) de Bis Mortuis p. 180. (d) Orig.
Eccles. T. I. part. 2. p. 417 seq. (e) Censur. Libr. Apocryph. T. I. prælect. 1.
(f) Loc. de Morte S. 293. 294. (g) vom Zustand der gläubigen Seelen p.
277. seq.

tionem admittunt, occurrant, de quo videri potest *B. J. Meisnerus* (h). Neque quod situm & locum hujus receptaculi attinet, plane inter se convenerunt Patres; sed modo hujus, modo alterius Philosophi Gentilis placita secuti, illud mox in cælo, mox in terra collocarunt. Alii enim cum *S. Paulino* in cælum æthereum evolare piorum animas putarunt: non aliter, ac superius Gentiles etiam ita philosophantes audivimus. Alii *Paradisum terrestrem* adhuc superstitem volebant, qui dignum animabus a corporibus separatis præberet habitaculum. Vid. *Gerhardis*. (i) Pari modo, ac Gentilium plurimi, Judæi etiam & Muhammedani animas in Paradisum & amœna prata recipi putarunt, quemadmodum de Japoniis *Vossius* refert, quod animas migrare dicant in Paradisum, quem abesse a se ajunt decies millies millenis millibus (k). Et de *Brasilensibus* hominibus omnino feris & anthropophagis, *Job. Lerus* (l) memorat, pro certo eos habere, post mortem animas eorum, qui virtutem coluerint, in amplissimis hortis perpetuis deliciis ac tripudiis letum ævum agere. Alii denique a Cælo ad terram delapsi, in Centro terre degere animas fidelium opinati sunt: Prout jam ante illos idem docuerunt non tantum *Ægyptii* (m), sed & quam plurimi etiam *Judæorum*, qui putarunt, mortuos omnes descendere in infernum, quem illi varie distinguunt, ibique aliquandiu moratos demum judicari, an digni sint vita futuri seculi, an vero præcipitandi in *ההיהוה* seu infernum inferiorem & damnatorum receptaculum. (n)

§ XXXV. Atque ad horum Patrum consensum provocant *Arminiani* (o), qui etsi nihil hic definire velint (p); quæ tamen illis animo sedeat sententia facile ex aliis eorum scriptis constat. *Edwardus* enim *Poppius* in calce Apologiæ laudatus scripserat: *Ad realem fruitionem vite æternæ felicitatis expectari debet tempus, in quo excitati a morte coram tribunali Christi sistemur* (q). Et *Philippus a Limborch* (r) statuit: *Animas piorum non plene triumphare in cælo, nec*

(b) *De statu anime separ. Disp. 1. §. 52. seqq.* (i) l. c. §. 163, (k) de *O. & P. J. G. L. 1. c. 25. p. 185.* (l) c. 16. (m) *V. Marshami Canon. Chron. Secul. X. p. 269. 272.* (n) *V. Raymundi Pug. Fidei part. III. Dissert. 2. c. 8.* (o) *Apolog. c. XIX. Limborch. L. VI. Theol. Christ. c. X. §. 8. p. 765.* (p) *Vide Apolog. l. c. Sim. Episcopus Disp. XXIII. th. 7.* (q) *in Augusta Porta p. 248. seq. (r) l. c. §. 4. p. 764.*

frui beata visione Dei; uti nec impiorum animas proprie igne infernali torqueri, ante ultimum iudicii diem. Animas piorum esse in statu quodam securo, & pro ratione conditionis suae beato, internoque frui gaudio, quod quasi initium est & praeludium futuri triumphi, gaudiique caelestis, ac certa illius expectatione nititur, mihi extra dubium est. Plenus autem triumphus locum demum habebit in ultimo iudicii die, quando ultimus hostis mors destruetur 1. Cor. XV, 24. animaque corporibus suis e sepulchro excitatis restituentur &c. Quod paulo post similitudine somni & somniorum prolixè illustrat. Hisce ad stipulantur Anabaptistae, qui in Confessione Fauckelio opposita, nescire se ajunt, quo anima migrent soluta a corporibus, non videri tamen sibi, animas fidelium e corpore egressas ad Christum statim assumptas participare de caelesti gaudio. (s) Imprimis vero superiori seculo acriter hanc sententiam defendit, multisque rationibus propugnavit Matthias Dewayus (t). Nec Calvinum ab ea adeo alienum fuisse, ex iis imprimis, quae in Institutionibus suis habet, (u), constare potest. De loco non minus, inquit, inepta & inutilis est quaestio: quando scimus, non eam esse animae dimensionem, quam corporis. Quod sinus Abrahae dicitur beata sanctorum spirituum collectio, nobis abunde est ab hac peregrinatione excipi a communi fidelium Patre, ut nobiscum fidei suae fructum communicet. Interea cum scriptura ubique jubeat pendere ab expectatione adventus Christi, & gloriae coronam eo usque differat; contenti sumus his finibus divinitus nobis praescriptis: animas piorum militiae labore perfunctas in beatam quietem concedere, ubi cum felicitate fruitionem promissae gloriae expectant, atque ita omnia teneri suspensa, donec Christus appareat Redemptor. &c. Ut ut vero eundem modis omnibus ab errore liberare conatus sit Daniel Chamier (x); manifesta tamen ejus verba aliud inferunt, & hanc ejus, aequè ac Zwinglii & Bullingeri mentem fuisse, admittit Gerhardus Johannes Vosius (y), taciteque innuunt Leydenses (z), quando viros magnos putasse dicunt, pie defunctos sub utroque Testamento gaudio aliquo caelesti extra Dei conspectum frui. Imprimis vero id manifestum redditur ex illis Calvinii locis, quos cumulavit, & in suum fundum traduxit Marcus Antonius de Dominis (a), qui uti hoc loco Calvinum se-

H

cutus

(s) V. Bullingerus l. IV. contra Anabapt. c. 10. Wigandus contra Anabapt. Schlüsselb. catal. heret. (t) V. Confess. anabapt. p. 160. 161. 166. Protocoll. Embdan. actor. 122. 123. (u) L. III. c. XXV. §. 6. (x) Panstrat. Cathol. T. III. L. XXV. c. 11. (y) Thes. Theol. p. 92. (y) Synops. Purior. Theol. Disp. XL. th. 17. p. 535. (a) Libr. V. de Rep. c. 8. n. 97. 98. seq.

cutus est; ita sui sequaces etiam hic habuit Novatores, imprimis Calixtum (b) & Hornejum (c).

§. XXXVI. Nostro tempore ψυχοπαυνησίαν innovatam introducere conatus est, Superintendens quidam Pomeraniæ Anonymus, in *Seria sua Disquisitione de statu, vita & Loco animarum separatarum*, qui ex omnibus, quod visum sibi est idoneum aliquid corradens, tandem Ægyptios, Judæos, Patres nonnullos, imo etiam Socinianos (d) imitatus, animarum receptaculum in centro terræ situm esse contendit. Tria enim inferni conclavia fabricat (e): Ἄδην θάνατον, καὶ σκότος ἐξώτερον five Scheol, Maveth, & Abaddon. Infernum illum, qui Ἄδης & Ἰννε in Scripturis appellatur, esse habitaculum animarum a corpore separatarum putat, in quod omnes morientium animæ, tam piorum, quam impiorum descendant, nec anima Christi quidem excepta, ibidemque tanquam in custodia usque ad consummationem seculi afferventur, tunc demum destruendum. Θάνατον esse partem aliquam inferni, quæ in Scripturis Ebræis תהום appellari solet Job. XXVII, 22. גיהנום אבaddon vere h. e. ἀπώλειαν Job. XXVIII, 22. Apoc. IX, 11. f. infernum, qui vocetur Gehenna Matth. X, 28. & Marc. IX, 47. & λίμνη τῆς πυρός καιομένοι ἐν θείῳ Apoc. XIX, 20. & cap. XX, 14. mansurum esse, utpote in quam λίμνην τῆς πυρός post consummationem seculi perdenda omnia & ipsa etiam Ἄδης Apoc. XX, 14. fit conjicienda. Verum turpiter hic *animarum receptaculum*, quod aut Paradisum, aut infernum, & inter utrumque χάσμα impene-trabile esse, ex Luc. XVI, 22. 23. 26. discere poterat, confundit cum *receptaculo corporum defunctorum*, quod Ἰννε & Ἄδης in scripturis appellari, nulli negamus. Quicquid etiam in contrarium molitur nonnemo, qui cum Anymo isto easdem tibias inflans in eo totus est, ut evincat Ἰννε proprie & stricte loquendo semper designare receptaculum s. statum animarum a corpore separatarum, sive pie ille fuerint, sive etiam impia (f). Sed quam infeliciter accuratior lo-

(b) V. Calixt. *Disp. de statu animar. separat. th. XVI. & de Igne purgat. th. VI. seq. in tractatu de Sacrificio Christi th. 77. & de pactis th. XVII. itemque annotat. ad Concil. Trident. sess. 25. §. ult.* (c) *Disp. VI. de quatuor novissimis th. 24.* (d) V. Schlichting *Exposit. Symboli ad verba: descendit in infernum p. 73. seq. quam nomine Confessionis Ecclesiarum suarum ediderunt Sociniani 1642. 1651.* (e) *cap. III. p. 98. seqq.* (f) *pecul. Disser. de Scheol Hebraeor. Græcis Ἄδην latinis inferno. Helmst. 1682. habita-*

corum subjunctorum collatio docet, & vel solus ipsi quoque ci-
 tatus locus Luc. XVI. 23. contrarium evincere poterat, utpote in
 quo ἄδης, in quo Epulo dives detinebatur, expresse distinguitur a
 sinu Abrahæ, in quo Lazarus suaviter requiescebat. Unde nescio
 qua fide asserere potuit, utrumque, & Lazarum, & Divitem Epulo-
 nem ἐν ἄδῃ fuisse, sane hujus rei nec vola, nec vestigium in textu
 exstat, sed contrarium potius expresse asseritur: id quod suo tem-
 pore jam agnovit B. Augustinus (g) quando disputando colligit, si-
 num Abrahæ non fuisse aliquam inferni partem, quod ne ipsos
 quidem inferos usquam scripturarum in bono appellatos potuerit
 reperire; deinde quod Abraham dixerit: inter nos & vos magnum
 choas firmatum est. *Choas autem magnum quid est, nisi quidam bia-*
tus, multum ea separans, inter quæ non solum positus, sed etiam firmatus est.
 Conf. Corn. Jansenius (h). Interim nullus negaverim, vocabulum
 חַוְוָּו pariter ac ἄδης varias habere significationes, & modo
 improprie & metaphorice ipsam hominis mortem denotare; modo
 proprie vel pro sepulchro, vel inferno damnatorum accipi. De quo
 vid. Guilielmus Robertson (i): strictè tamē & proprie loquēdo semper
 πᾶς animarum separatarum, & quidem commune illud tam piis,
 quam impiis designare, nunquam firmiter probabitur. Deinde
 si omnino etiam ita sese res haberet, non tamen exinde con-
 cludere liceret (quod facit Anonymus ab altero illo in eo
 dissentiens) receptaculum illud animarum in centro terræ situm
 esse. Etsi enim Scriptura S. de inferno haud aliter, quam de lo-
 co subterraneo loquatur; verba tamen illa non proprie, sed me-
 taphorice pro habitaculo tenebroso & abscondito accipienda esse
 in propatulo est, pari ratione, quemadmodum & David se factum
 esse in occulto, & variis membris decoratum affirmat
 בְּתַהַחֲתוּת אָרֶץ in inferioribus terræ. Ps. cxxxix, 15. Sane non formatus
 erat David sub terra, sed in utero matris; & tamē dicit, se factū esse
 in inferioribus terræ, quia in abscondito formatus erat, sicut ab-
 sconditum est, quod est in terra. Quam ob causam & τὰ ἐντὸς γῆς,
 χάος καὶ ἄδην nominari, dixit Plutarchus, & Hippocrates Libro de
 Diæta opponit φῶς & ἄδην observante Grotio (k). Plura non addo,
 cum otia mihi hic fecerint. B. Bebelius (l) Dom. L. Cypriani
 H 2 (m) &
 (g) Epist. 99. (h) Conc. Evan. c. 97. (i) Lexic. Concord. sub rad.
 חַוְוָּו p. 1090. sqq. (k) in comment. ad Luc. XVI. (l) in Examine Seria Dis-
 quisitionis de statu, vita & Loco animarum.

(m) & *Erasmus Francisci* (n), qui Anonymum hunc egregie & solide refutarunt.

§. XXXVII. Nos Animas Beatorum statim post beatam ἀνά-
λυσιν non in locum aliquem intermedium, sed in ipsum cœlum
Dei, Christi, & sanctorum Angelorum deportari; ibique plena
frui beatitudine omnino persuasi sumus: sane Lazari anima in si-
nu Abrahæ παρακαλεῖται Luc. XVI. 22. 25. quæ si vel maxime etiam
parabolice intelligenda veniant; animas tamen humanas post
discessum a corpore in manu Dei, & gaudii plenas esse manifesto
innuunt. Christus enim in parabola significat, quæ ante extre-
mum judicium fiunt. Ita Lazarus statim in morte sua deporta-
tus est ab angelis in sinum Abrahæ. Dives Epulo cum primum
mortuus & sepultus esset, sedere cœpit in inferno, & cruciari.
Idem dives Epulo oravit pro fratribus suis in mundo existentibus,
& domus suas inhabitantibus. Et Abrahamus negat reve-
lationes per mortuos. Quæ sane post extremum judicium lo-
cum non habent. Neque etiam istæ sunt otiosæ parabolæ cir-
cumstantiæ; sed re vera aliquid significant, subitam nimirum re-
rum vicissitudinem, & piorum æque ac impiorum post impletam
mortalitatem sortem longe diversissimam. Neque obstat intro-
duci in parabola personas corpore & corporis habitu indutas,
quem post extremum demum judicii diem habituræ sunt. De-
scribit enim Christus hic res spirituales sub figuris, quas sciebat ac-
commodatas esse ad sensum nostrum, prout sæpe ex parabolis a
rebus hujus mundi sumptis, ejusmodi inferuntur circumstantiæ,
quæ in hoc mundo non contingere solent, contingere tamen pos-
sunt, nec quicquam absurditatis in se continent. Nec absurdum
est de mortuis corpora, & corporum membra attribui; cum ea
post extremum judicii diem omnino habituri sint, & jam tum in
cœlis non tantum Henoch & Elias, sed & in inferno Korachus
Dathan & Abiram cum affeclis suis, cum corporibus existant. Con-
feratur Magnif. Dn. *Sebast. Schmidt* (o). Pari ratione etiam Johan-
nes animas sanctorum coram throno Dei, inque templo ejus ha-
bitare vidit Apoc. VII, 14. coll. c. VI, 9. seq. Quo spectat etiam o-
ratio Christi: *Pater quos dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum, & illi sint me-
cum, ut videant gloriam meam.* Joh. XVII, 24. Et Paulus cupiebat dissolvi
&

(m) *Disput. pecul. huic Philologastro oppos.* (n) *Prefat. zum Sit-
tenspiegel.* (o) *Fasc. Disp. Philolog. Theol. Dissert. XV. p. 212. seq.*

Esse cum Christo Phil. I, 28. conf. 2. Cor. V, 1. seqq. Neque est, quod cum Arminianis dicas, hæc pro statu & conditione animarum separatarum explicanda esse: cum Paradisus Latroni eo ipso die promittebantur Luc. XXIII, 43. & in Domino mortui ἀπαύρει ex hoc ipso momento beati dicantur Apoc. XIV, 13. Conf. B. Hülsemannus (p) & J. H. Heideggerus (q). Quæ ab Adversariis magno numero hic obijci solent, solidissime discussæ sunt: Job. Musæus (r), Job. Meisnerus (s), Isaac Faustius (t) Quenstedius (u) aliique. Ut adeo Iliada post Homerum scribere necesse non sit.

§. XXXIIX. Quæ vero illud πᾶσι Beatorum sit, non omnium Theologorum eadem est Sententia. Sunt nonnulli, qui Cælum Beatorum esse certum aliquod habitaculum, locumque quendam creatum, a Deo & animabus gloriosis realiter distinctum arbitrantur. Cujus Sententiæ fuit B. Marbachius (x) & Rungius (y), non dissentiente B. Dannhæberus (z). Quæ privata tamen Clarissimorum Virorum Sententia, mirum quantum a publica Calvinianorum Sententia distat. Nam nec situm ejus cum Calvinianis, nec tempus creationis temerarie determinat; nec locum proprie dictum esse, in quo cœlites localiter contineantur, docet. Sed sicut angeli in Cœlo sunt, imo & in terra, non localiter, vel circumscriptive, sed illocaliter, vel definitive: ita quoque de glorificatorum spiritibus censent. B. Rungius seipsum ita explicat: *Quando Cælum Beatorum Locum appellamus καὶ ἀναλογία, id est intelligendum, nempe non quod corporeum locum istic esse, aut locorum dimensionibus ad hanc vitam pertinentibus in cœlo omnia determinari, statuamus; sed quia sedes & receptaculum est piorum, sicut infernus damnatorum.*

§. XXXIX. Quæ sententia cum nihil vel pietati, vel analogiæ fidei contrarium doceat, simpliciter improbanda non est. Cum tamen sint nonnullæ difficultates, quæ premere illam videntur; sunt e contrario alii, qui cælum beatorum plane πᾶσι aliquod in creatum esse affirmant. Hiique iterum in diversas scinduntur partes. Nonnulli gloriosum animarum cælum esse in Deo, vel ipsum potius Deum statuunt. Sicut enim hic mundus non existit in certo aliquo domicilio, sed a Deo immediate conservatur: ita & beati cœlites non egebunt corporeo aliquo fulcro, sed erunt in manu & sinu Dei Sap. III, 1. Luc. XXIII, 22. 23. templum civitatis cœlestis ipse Deus est & agnus Ap. XXI, 3. Imo Deus dicitur fore omnia in omnibus 1. Cor. XV, 28. Huic sententiæ subscribit Philipp. Nicol. (a) nec ab eadem abhorrent multi sanctorum Patrum. Ita enim Greg. Nyssenus (b) super hæc Pauli verba *Deus erit omnia in omnibus* commentatur: *Cum vita, quam in presentia transigimus, varie pariter ac multifariam a nobis exigatur, multæ quidem res sunt, quarum participes sumus, ut temporis, ut aëris, ut loci, cibi que & potus, ut tegumentorum, ut solis, lucernarumque, ut aliarum rerum multarum ad usum vitæ necessariarum: quarum rerum nulla Deus est. Beatitudo vero, quæ expectatur, nullius quidem harum rerum egena est: Omnia autem*

H 3

(p) Oper. Posthum. p. 184. (q) Histor. Patriarch. Part. 1. Exercit. III. §. 61. p. 114. seq. (r) Disp. de statu animar. separatar. (s) Disp. 2. de statu anim. separ. (t) Disp. de ψυχῶν ἀνωγεινῶν. (u) System. part. ult. p. 540. seq. (x) Comment in Genes. 1. (y) Com. in Genes. I. p. 29. (z) Hodom. Spir. Calvin. part. I. p. 815. seqq. (a) L. 1. de Myster. omnipras. c. 8. (b) de anima & resurr.

nobis, locoque omnium erit divina natura, ad omnem usum ac necessitatem illius vitæ sese convenienter & apte impartiens. Atque id planum & manifestum est ex sacris oraculis, quod Deus & LOCUS existit iis, qui digni sunt, & DOMUS, & indumentum, & cibus & potus, & lumen & divitiæ & regnum, ac quicquid vel mente concipi, vel nominari potest, quod nobis conferat, ac conducat ad bonam vitam: porro quia omnia existit, etiam in omnibus existit. Paria fere habet Augustinus (c) ad verba Psalmi: abscondes eos in abscondito vultus tui, sic scribens: Qualis est locus iste? Non dixit: abscondes eos in cælo tuo: Non dixit, abscondes eos in sinu Abrahamæ. Multis enim fidelibus loca futura sanctorum in scripturis sanctis posita sunt. Vilescat totum quicquid præter Deum est. Qui nos tuetur in loco vitæ hujus, ipse post istam vitam sit locus noster: quia & iste Psalmus hoc ei ait superius: Esto mihi in Deum Protectorem & in domum refugii. Ergo erimus in vultu Dei absconditi. Quis sinus est in facie Dei a me expectatis audire? Purgate cor, ut ipse illuminet, & quem vocatis, intret. Esto domus ejus, & erit domus tua: habitet in te, & tu habitabis in eo. Si eum exceperis in hoc seculo in corde tuo, ille post hoc seculum excipiet te vultu suo. Et alibi (d) inquit: Sancti cum spirituales sint, in summo spiritu spiritualiter, non localiter manebunt. Et Bernardus quoque huic sententiæ adstipulatur, scribens (e): Beati, qui in domo Tua in Te Deo habitant. Hic in tabernaculis fiunt sancti, illic in atriis securi, in domo tua in Te beati & c.

§. XL. Alii etsi Cælum Beatorum Deum ipsum esse expresse non asserant, increatum tamen & aliquod esse, pluribus defendunt. Quorum referendi B. Humnius (f), Hutterus (g), Gerhardus (h), Brochmand (i), Menzerus (k), B. Meisnerus, (l) Joh. Behm. (m), B. Hulsemannus (n), aliique plurimi. Et si dicendum quod res est, plurima hæc sententia, nec contemnenda habet argumenta. Nam Christus non ascendit in tabernaculum $\chi\epsilon\iota\rho\omega\omicron\iota\eta\iota\omicron\nu$, seu quod non est $\tau\acute{\alpha}\upsilon\tau\omicron\iota\varsigma\ \tau\eta\varsigma\ \kappa\lambda\iota\sigma\epsilon\omega\varsigma$ Ebr. XI, II. Sed ascendit eo, ubi erat prius Joh. III. 13. c. VI. 36. nempe in Gloriam, quam habuit antequam mundus existeret Joh. XVII. 5. Ascendit ad Patrem suum Joh. XX. 17. In idem vero Cælum omnes beatos secum trahit Joh. XII, 32. Hinc rogabat Patrem: Pater quos dedisti mihi, volo. ut UBI sum ego, & illi sint MECUM, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi Joh. XVII. 24. Unde & & illud beatorum dicitur tabernaculum Dei cum hominibus, quæ habitat cum illis Apoc. XXI. 3. Quo & illud imprimis spectat, quod Angeli tum etiam, quando in terris homines custodiunt, in Cælis faciem Dei videre dicuntur Matth. XVIII. 10. Accedit, quod in hac mortalitatis imbecillitate certo constare non possit, utrum gloriosum illud Beatorum & sit aliquid reale extrinsecum, a Cælitibus, eorumque gloria realiter distinctum. Neque id requiritur; etsi existentiam beatorum gloriosam abque cogitatione certi alicujus & imaginari nobis non possimus. Sicut enim corpus primo die creatum erat in aliquo & quod

(c) T. VIII. suo. Ps. 30. p. 181. 182. (d) T. IX. Libr. de Cogn. vera vitæ c. 44. p. 869. (e) Serm. de triplici habit. (f) Comm. in Ebr. IX. 11. (g) Loco de Christo c. V. (h) de Vita aeterna §. 36. & 40. (i) de Vita aeterna Sect. IV. axiom. 4. (k) in Exegesi & Anti. Martino. (l) Philos. Sobr. Part. III. Sect. III. c. IV. Qb. 4. p. 458. seq. (m) Dissert. de glorioso Beator Cælo. (n) Dialys. Probl. Calixt. p. 413. seq. & in Oper. Posth. p. 184.

quod tamen non erat aliquid ab ipso corpore diversum: ita quid prohibet, quo minus Beati a solo Deo, absque habitaculo aliquo intermedio & externo conferrentur. Ita Deus ante Creationem hujus universi, ubi præter illum nihil apparebat, erat in certo $\omega\tilde{\delta}$, quod tamen externum, & ab Essentia Divina distinctum non erat; Sed erat *in se ipso*, *ipse sibi & mundus*, & *locus*, & *omnia*, ut inquit *Tertullianus* (o) Cum igitur Electi cum Deo, & apud eundem futuri sint 2. Cor. V, 8. 1. Theff. IV, 17. nihil officit, quo minus in $\omega\tilde{\delta}$ aliquo increato, quod externum non est, esse perhibeantur.

Dic ubi tunc esset, cum præter Eum nihil esset.

Tunc ubi nunc in se, quoniam sibi sufficit ipse (p).

Neque tamen propter caelum Beatorum, cum Caelo Dei plane idem; aut Cœlites ubique erunt. Per Cœlum enim Dei non solum $\omega\tilde{\delta}$ gloriosum notatur; sed tota ipsius Dei essentialis ac infinita beatitudo, quæ per *lucem inaccessam*, quam Deus inhabitat, describitur 1. Tim. VI. 16. Hac infinita Dei beatitudine & gloria, eodemque modo, quo ipse Deus, Beati non fruuntur, statusque illorum ab infinita Dei beatitudine omnino est distinctus. Quod vero $\omega\tilde{\delta}$ illud Beatum attinet, illud omnino unum idemque esse potest. Nec sequitur, qui in eodem cum Deo $\pi\tilde{\delta}$ est, ille eodem modo se habet, ut Deus, aut propterea ubique est, aut eodem numero beatitudine, majestate & gloria gaudet, ut Deus. Unde etiam Christus Joh. XVII, 25. distincte & notanter ait: *solo ut ubi sum ego, IBI sint MECUM* (in eodem $\omega\tilde{\delta}$ felicitatis) ut *VIDEANT*, (non *habeant*) *claritatem meam*, vere immensam ac infinitam, quam scilicet habuit, antequam mundus existeret v. 5. Pluribus argumenta hæc deducit *B. Hulfemannus* (q) & ex eo repetit *B. Scherzerus* (r).

§. XLI. Quid tandem hujus rei sit, ut breviter nunc exponam, & quæ animo meo sedeat sententia, absque ulteriori mora edisseram; observo non unum in Scriptura significatum Beatorum Cœlum habere. $\Pi\rho\omega\tau\omega\varsigma$ & primario denotat *statum Cœlestem*, felicem & beatum, in quo sancti post hanc vitam erunt, ut Matth. XVIII. 10. & aliis Scripturæ S. locis quam plurimis. Præter hunc significatum Cœlum Beatorum connotat $\delta\epsilon\upsilon\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\varsigma$ *certum aliquod $\omega\tilde{\delta}$* , & *cœlestem sedem*, in qua Deus Sanctissimis animabus gloriose adest, ibique sese illis videntum & plene fruendum communicat, quo sensu adhibetur Matth. V, 12. c. VI, 20. Luc. VI, 23. c. XII, 33. 1. Pet. I, 4. Jam si priori modo de felici, æternumque beato statu accipiatur; dico, Cœlum Beatorum nec Deum esse absolute, nec Creaturam; sed Cœlestem creaturæ felicitatem ex glorioso Creatoris intuitu ortam. Est enim cœlestis ille radius ab æternâ luce emanans, ac beatos Cœlites ineffabiliter irradians, non per modum Creationis, sed Cœlestis participationis, fluxus & $\alpha\omega\pi\omicron\upsilon\sigma\iota\alpha\varsigma$. Sic enim Esaias c. LX, 19. 20. *Dominus erit tibi in Lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam*. Hunc in modum & Johannes: *Gloria Dei illustrat civitatem, & lucerna ejus est agnus. Et gentes, quæ servata fuerunt, ambulabunt in luce ejus* Apoc. XXI, 23. Habet se ergo hic beatus status, ut cœlestis illa lux, quæ Paulum in Damasceno Itinere circumfulsit Act. IX. 4. vel ut splendor faciei Christi, & nivea vestimentorum ejus claritas in transfiguratione: qui cœlestis radius Petrum ineffabili modo ad stuporem usque ita irradiabat, ut maximo exultans gaudio exclamaret: *Bonum est hic Domine* Matth. XVII, 2. 4. Si vero Beatorum Cœlum sumitur pro cœlesti aliquo $\omega\tilde{\delta}$; credo & confiteor illud non infinitum, ut Dei cœlum, sed finitum, aliquod esse 1. Tim. VI, 16. & ab infernali $\omega\tilde{\delta}$ omnino distinctum, Luc. XVI. 26. An vero sit aliquod

ens

(o) *adv. Praxeam*, c. 5. (p) *Dionys. Carthus. L. I, Sent. dist. 37. Lit. C.* (q) *Ucc.* (r) *Breviar. Hulfem. Enucleat. p. 1099. seqq.*

ens substantiale, & reale, a Cœlesti illa gloria distinctum; an intra, an extra hunc mundum existens; an creatum, an increatum, lubens profiteor me ignorare. Neque enim oculus vidit, nec auris audivit, nec in Cor hominis venit, quæ præparabit Dominus diligentibus se Es. LXIV, 4. 1. Cor. II, 9. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem a facie ad faciem 1. Cor. XIII, 12. Vere nostra hac in parte scientia, umbra est in Sole; & instar vulpis clusæ a Ciconia: lambimus vitreum vas, pulv. haur. atingimus, ut Scaliger (s) loquitur. Quare cum fragilitatis humana non sit, Cœlorum secreta discutere, dicente Augustino (t); malo pie cum viris clarissimis hic ἐπέχειν, quam extra, ultra, & præter scripturam temere aliquid definire. Quod si tamen aliquid conjecturando affirmandum est; fateor eorum mihi non improbabilem videri sententiam, qui pro π̄̄ aliquo increato militant. Placent vero imprimis, & mirifice placent verba Augustini (u): *Anima soluta non loco movetur, nec ad aliquem locum corporeum ducuntur, ut inde Deum contemplantur: sed mox a corpore sequestrat. Angelis & Sanctis associantur, & regno Cœlorum, quod est Visio Dei, intra mundum, & extra & undique sine mora fruuntur: sicut cæcus in sole positus, si ejus oculi aperirentur, confestim luce solis frueretur.* Addo elegantissima S. Bernh. verba (x): *Cum Deo homo beatus erit. Videbit Deum ad Voluntatem, habebit ad voluptatem, fruatur ad jucunditatem. In æternitate vigebit, in veritate fulgebit, in bonitate gaudebit. Sicut habebit permanendi æternitatem, sic cognoscendi facilitatem, requiescendi felicitatem. Cibis siquidem erit sancta illius Civitatis, cuius Angeli cives sunt; DEUS PATER templum, FILIUS DEI splendor, SPIRITUS QVE SANCTUS charitas.*

§. XLII. Magis adhuc intricata atque curiosa moveri quæstio solet, de π̄̄ Ani-
marum, ad hanc mortalem vitam iterum ordinatarum. Ut ineptias Pontificio-
rum, aliorumque hic plane taceam; sunt inter Theologos nonnulli, qui animam
in corpore suo fuisse, illud vero non informasse existimant. Verum hi miraculo
divino multum detrahare videntur. Alii locum quendam tertium illis assignant
qui neque Cœlum fuerit, neque infernus, sed peculiaris & ab utroque horum di-
stinctus locus, nec aliarum, præterquam talium animarum capax. Alii in Cœlo
Beatorum, non ut cives, sed ut hospites fuisse affirmant. Utraque Sententia non
caret suis difficultatibus, neque rationibus ad speciem firmis. Alii utramque sen-
tentiam conciliari posse autumant, ut dicant, fuisse animas illorum in π̄̄ quidem
beato, non tamen eodem, quo animæ reliquæ Beato statu, quo modo & Paulus, &
ipse quoque Sathanas in Cœlo Beatorum fuisse perhibentur 2. Cor. XII, Luc. X, 18.
Alii alias hic sovent opiniones. (y) Ego ut ingenue fatear, quod sentio: frustraneum
omnem atque inutilem censeo laborem, qui in locis animarum Bis Mortuorum
curiose indagandis impenditur. Ecquis enim sine temeritatis suspitione in ex-
traordinarii & miraculosi operis circumstantias omnes extra limites verbi scrupu-
losius inquirere, & quæ Deus occulta esse voluit, in lucem protrahere audebit? Un-
de quæ Magister optimus nescire nos voluit, illud nescire velle, erudita inscitia est. In-
terim hæc & similia ad cœlestem reservans cathedram cum B. Augustino (z) inge-
misco, ac præsentem dissertationem obfigno: *O gaudium super omne Gaudium, vin-
cens omne Gaudium extra quod non est gaudium! Quando intrabo in TE, ut videam
Deum meum, quæ habitat in TE. Ah veni Domine, & noli tardare, veni Do-
mine Jesu Christe, veni & visita nos in pace: Veni & educ vinclos de
carcere, ut letemur coram TE corde perfecto.*

(s) Exerc. CCCVII. Sect. 12. & 21. (t) T. III. L. 1. de fide & Symb. c. 6. (u) T.
IX. Libro de Cognit. vera vita c. 44. p. 868. (x) in libello de præm. patr. Cœlest. (y)
Vid. B. Bebelius Disp. de Bis. Mortuis. Dn. D. Bayer. & M. Joh. Frid. Engelman pe-
cull. Dissertat. (z) Soliloq. c. XXXV.

05 A 1667


ULB Halle 3
003 778 932



Wood

Wh





Q. D. B. V.

22

De

GLORIOSO ANI- MARUM COELO,

Contra NEOTERICOS potissimum,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Summe Reverendi atq; Magnifici,

DN. CASP. LOESCHERI,

Doctōris & Professoris Theologi undiqve ce-

leberrimi, Consistorii Ecclesiastici Assessoris gravissimi, Ecclesiæ

Wittenbergensis Pastoris, & Circuli Electoralis Saxonici Superinten-

dentis Generalis Vigilantissimi,

DNI. PATRONI, PRÆCEPTORIS

AC PROMOTORIS SUI,

Omni observantia ad cineres usque sanctissime colendi,

disputabit publice

AUCTOR

JO. HENRICUS Nothwanger /

Gedanens.

ANNO Ære vulg. M DC XCII. d. XX. Octobr.

H. L. Q. C.



LITERIS VIDUÆ MATTHÆI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.